<sup>4</sup> Radi se o sljedećem: Po Aristotelu postoje elementi od kojih svaki ima dvije kvalitete i ti se elementi međusobno mijenjaju jedni u druge, a prema svojim kvalitetama i to tako da se svaki element mijenja u svaki drugi. Međusobno mijenjanje određuje Aristotel kao mijenjanje prema kontrarnosti. Ako postoji mijenjanje unutar samo jedne kontrarnosti – nužno postoje dva elementa. No činjenica je da ima više elemenata – dakle moraju postojati bar dvije kontrarnosti u okviru kojih se elementi mijenjaju. Ako postoje dvije kontrarnosti proizlazi da mora biti četiri elementa. Ta četiri elementa omogućuju četiri povezivanja kvaliteta (to povezivanje kvaliteta pretpostavka je međusobnog mijenjanja elemenata: toplo-sušo; toplo-vlažno; hladno-sušo; hladno-vlažno). Formalno bi bilo zapravo dvanaest povezivanja, ako svaki element ima dva svojstva i svako se svojstvo povezuje sa svakim drugim svojstvom, no prvo otpada jedno od povezivanja gdje se povezuju iste kvalitete u drugom redosljedu, potom otpadaju dva povezivanja koja povezuju kontrarna svojstva (toplo-hladno; suho-vlažno). Preostaju četiri povezivanja.

5 corpora elementa faciunt, hi quidem unum, hi vero duo, hi autem tria, hi vero quatuor faciunt. Quatuor hisce probationibus astruxit Aristoteles elementa mundi quatuor esse numero nec non singula duabus qualitatibus insignita. Quarum tamen unam esse principem fine eiusdem 3. declaravit:<sup>5</sup> *Sed tamen simpliciter quatuor cum sint, unius est unumquodque, terra enim sicci magis quam frigidi, aqua autem frigidi magis quam humidi, aer vero humidi magis quam calidi, ignis denique magis calidi quam sicci.*

10 Quid autem elementum intelligat, 1. De elementis capite 3. sic explicat:<sup>6</sup> *Esto ergo elementum corporum, id in quod alia corpora dividuntur, quod inest potentia aut actu (hoc enim utro modo adhuc ambiguum est), ipsum est autem indivisibile in alia specie. Tale enim aliquid elementum omnes et in omnibus volunt dicere.*

15 Haec veluti ex sententia aliorum, sed ex sua prodit, quid elementum sit 5. *Metaphysico*, seu 2. *De ente*, capite 3:<sup>7</sup> *Elementum dicitur, ex quo primo inexistente componuntur indivisibili specie in aliam speciem. Superiore vero loco aliorum sententiam approbans sic eam exponit:<sup>8</sup> Si itaque quod dictum est, elementum est, necesse est esse quaedam talia corporum. In carne enim et ligno et singulo talium inest potentia ignis et terrae, manifesta enim haec ex illi secreta. In igne vero caro vel lignum non insunt, nec secundum potentiam, nec secundum actum, secernerentur etenim. Esse autem simplicia quoque*

<sup>5</sup> Οὐ μὴν ἀλλ' ἀπλῶς γε τέτταρα ὄντα ἑνὸς ἕκαστόν ἐστι, γῆ μὲν <γὰρ> ξηροῦ μᾶλλον ἢ ψυχροῦ, ὕδωρ δὲ ψυχροῦ μᾶλλον ἢ ὑγροῦ, ἀήρ δ' ὑγροῦ μᾶλλον ἢ θερμοῦ, πῦρ δὲ θερμοῦ μᾶλλον ἢ ξηροῦ. [ARIST. GC 331a.3–6]

<sup>6</sup> Ἐστω δὴ <τὸ> στοιχεῖον τῶν σωμάτων, εἰς ὃ τᾶλλα σώματα διαιρεῖται, ἐνυπάρχον δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ (τοῦτο γὰρ ποτέρως, ἔτι ἀμφισβητήσιμον), αὐτὸ δ' ἐστὶν ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῶ εἶδει τοιοῦτον γὰρ τι τὸ στοιχεῖον ἅπαντες καὶ ἐν ἅπασι βούλονται λέγειν. [ARIST. Cael. 302a.15–19]

<sup>7</sup> Στοιχεῖον λέγεται ἐξ οὗ σύγκειται πρώτου ἐνυπάρχοντος ἀδιαίρετου τῶ εἶδει εἰς ἕτερον εἶδος, [ARIST. *Metaph.* 1014a.26–27]

<sup>8</sup> Εἰ δὴ τὸ εἰρημένον ἐστὶ στοιχεῖον, ἀνάγκη εἶναι ἅττα τοιαῦτα τῶν σωμάτων. Ἐν μὲν γὰρ σαρκὶ καὶ ξύλῳ καὶ ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ἐνεσσι δυνάμει πῦρ καὶ γῆ· φανερὰ γὰρ ταῦτα ἐξ ἐκείνων ἐκκρινόμενα. Ἐν δὲ πυρὶ σὰρξ ἢ ξύλον οὐκ ἐνυπάρχουσιν, οὔτε κατὰ δύναμιν οὔτε κατ' ἐνεργειαν· ἐξεκρίνετο γὰρ ἄν. [ARIST. Cael. 302a.19–25]

čine elementima, jedni jedan, drugi pak dva, treći tri, četvrti pak čine četiri.« Tim četirima dokazima utvrdio je Aristotel da elementata svijeta ima brojem četiri: a pojedini su istaknuti dvjema kvalitetama. Od tih da je ipak jedna vrhovna, izložio je na kraju istog 3. <poglavlja>: »No ipak budući da su naprosto četiri, svakom pripada <navlastito> jedno: zemlja naime više suhom nego hladnom, a voda više hladnom nego vlažnom, zrak pak više vlažnom, nego toplom, vatra konačno više toplom nego suhom.«

Što pak razumije pod elementom objašnjava u 1. knjizi *O elementima* u 3. poglavlju ovako: »Neka bude element tijelâ ono u što se druga tijela dijele, što se nalazi < u njima>, u mogućnosti ili aktualno (na koji je to način dosad je dvosmisleno), a samo je s obzirom na vrstu nedjeljivo u drugo. Svi hoće reći da je takav neki element u svima.«

To kao iz mišljenja drugih, ali iz svojeg otkriva što je element u 5. knjizi *Metafizike* ili u 2. knjizi *O biću* u 3. poglavlju: »Naziva se elementom ono iz čega se prvog u-postojećeg i vrstom nedjeljivog u drugu vrstu <tijela> sastavljaju.« Na gornjem mjestu odobravajući misao drugih ovako ju izlaže: »Ako je dakle ono rečeno element, nužno je da postoje neka takva tijela. U mesu i drvu i pojedinom od takvih prisutna je mogućnost vatre i zemlje; očite su, naime, kad su izdvojene iz njih. U vatri pak meso i drvo nisu prisutni niti s obzirom na mogućnost, niti aktualno, jer bi se

haec elementa et corpora, hoc est non ex aliis corporibus mista, declarat secundo *De elementis* capite tertio:<sup>9</sup> *Quoniam autem omnis naturalis corporis est motus proprius, motuum autem alii quidem simplices sunt, alii autem misti. Et misti quidem mistorum, simplices autem simplicium sint. Manifestum est, quod erunt quaedam corpora simplicia, sunt enim motus simplices. Quare patet et quid sint elementa et propter quid sint.*

Quam eandem rem docuerat etiam 1. *De coelo* capite 2:<sup>10</sup> [439] *Posteaquam corporum alia sunt simplicia, alia composita, ex his dico vero simplicia, quaecumque motus principium habent secundum naturam, veluti ignem et terram et horum species et congenera his.*

Quatuor autem haec corpora transmutari omnia in omnia docet eodem libro capite sequenti in his:<sup>11</sup> *Quod sane omnia nata sunt in se invicem transmutari, clarum. Generatio enim in contraria et ex contrariis. Elementa autem omnia habent contrarietatem ad invicem, quia differentiae sunt contrariae, his enim ambae contrariae ut igni et aquae. Ille enim siccus et calidus, haec autem frigida et humida, illis autem altera solum ut aeri et aquae. Illud enim calidum et humidum, hoc autem frigidum et humidum. Quapropter universaliter quidem manifestum est, quod omne ex omni generari natum est.*

<sup>9</sup> Ἐπεὶ δ' ἐστὶ παντὸς <του> φυσικοῦ σώματος κινήσεις οἰκεία, τῶν δὲ κινήσεων αἱ μὲν ἀπλαῖ αἱ δὲ μικταί, καὶ αἱ μὲν μικταὶ τῶν μικτῶν, αἱ δὲ ἀπλαῖ τῶν ἀπλῶν εἰσι, φανερόν ὅτι ἔσται ἅττα σώματα ἀπλᾶ. Εἰσὶ γὰρ καὶ κινήσεις ἀπλαῖ. Ὡστε δῆλον καὶ ὅτι ἐστὶ στοιχεῖα καὶ διὰ τὶ ἐστίν. [ARIST. Cael. 302b.5–9]

<sup>10</sup> Ἐπεὶ δὲ τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἐστὶν ἀπλᾶ τὰ δὲ σύνθετα ἐκ τούτων (λέγω δ' ἀπλᾶ μὲν ὅσα κινήσεως ἀρχὴν ἔχει κατὰ φύσιν, οἷον πῦρ καὶ γῆν καὶ τούτων εἶδη καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις), [ARIST. Cael. 269b.1–3]

<sup>11</sup> Ὅτι μὲν οὖν ἅπαντα πέφυκεν εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν, φανερόν· ἢ γὰρ γένεσις εἰς ἐναντία καὶ ἐξ ἐναντίων, τὰ δὲ στοιχεῖα πάντα ἔχει ἐναντίωσιν πρὸς [εἰς] ἄλληλα διὰ τὸ τὰς διαφορὰς ἐναντίας εἶναι· τοῖς μὲν γὰρ ἀμφοτέραι ἐναντία, οἷον πυρὶ καὶ ὕδατι (τὸ μὲν γὰρ ξηρὸν καὶ θερμόν, τὸ δ' ὑγρὸν καὶ ψυχρόν), τοῖς δ' ἢ ἑτέρα μόνον, οἷον ἀέρι καὶ ὕδατι (τὸ μὲν γὰρ ὑγρὸν καὶ θερμόν, τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν). Ὡστε καθόλου μὲν φανερόν ὅτι πᾶν ἐκ παντὸς γίνεσθαι πέφυκεν, [ARIST. GC 331a.12–21]

izdvajali.« A da su i to jednostavni elementi i tijela, to jest nepomiješana iz drugih tijela, objašnjava u 2. knjizi *O elementima* u 3. poglavlju. »Budući da je kretanje vlastito svojstvo svakog prirodnog tijela, a od kretanja jedna su jednostavna, a druga miješana; i miješana kretanja zaista neka pripadaju miješanim <tijelima>, a jednostavna jednostavnim <tijelima> – očito je da će postojati neka jednostavna tijela, jer postoje jednostavna kretanja. Stoga je jasno i što su elementi i zbog čega su.« 5

Tu istu stvar poučavao je također u 1. knjizi *O nebu* u 2. poglavlju: [439] »Pošto su od tijela jedna jednostavna, a druga složena, od njih pak nazivam jednostavnima koja god imaju počelo kretanja u skladu s prirodom, kao vatru i zemlju i njihove vrste i njima srodno.« 10

A poučava da se ta četiri tijela mijenjaju sva u sva u istoj knjizi u sljedećem poglavlju ovim <riječima>: »Jasno je uistinu da su sva nastala, da se mijenjaju jedna u druga međusobno. Nastajanje biva naime u kontrarno i iz kontrarnog. A svi elementi imaju međusobnu kontrarnost jer su kontrarne razlike: *ovima* su obje istovremeno kontrarne, kao vatri i vodi; ona <vatra> je suha i topla a ova <voda> hladna i vlažna; *onima* samo jedna <od dvije>, kao zraku i vodi; on <zrak> je, naime, topao i vlažan, a ona <voda> hladna i vlažna. Stoga je općenito bjelodano da je sve rođeno da nastane iz svega.« 15 20

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

Differre autem hasce generationes facilitate maiore vel minore subiungit:<sup>12</sup> *Differet autem ipso citius et tardius et facilius et difficilius, quaecumque enim habent cognationem ad invicem, velox horum transmutatio est, quaecumque autem non habent tarda, quia facilius est*  
 5 *unum quam multa transmutare.*

Colligamus itaque fragmenta haec in unum atque enumeremus, quot dogmata simus hisce ab Aristotele docti, sunt autem 16 nempe. Elementa esse quatuor, elementum quid sit, quatuor illa simplicia esse corpora. Simplicia ea habere motus, levitate  
 10 sursum, gravitate deorsum. Ignem levissimum omnibus supernatare, terram gravissimam omnibus subsidere, reliqua media esse. Singula duabus qualitatibus esse praedita, una tamen praecipua. Quas omnes ad invicem esse contrarias, secundum quas omnia in omnia transmutari, facilius ea, quae unam habeant  
 15 communem.

Quae quidem omnia dogmata cum non paucis annis mecum ipse considerassem diligentissimeque examinassem, in eam tandem sententiam veni, ut omnia falsa esse existimarem praeter dumtaxat unum. Indignaque, quae rerum naturae studiosis crederentur. Quibus vero rationibus in eam opinionem sim adductus, libet in praesentiarum scriptis commendare: uti praesentium  
 20 aliqui et posterorum veritatis rerum plus quam authoritatis, cuiusvis hominis amatores veritate detecta falsitateque convicta, habeant unde res ipsas, non verba, quod mille millia hominum adhuc fecerunt, philosophentur.  
 25

Ac principio mehercule admiror maximopere Aristotelem philosophum tam sensatum, tam sensibus addictum, philosophiae suae illius, quam omnem a sensu pendere est saepe pro-

<sup>12</sup> διοίσει δὲ τῷ θᾶπτον καὶ βραδύτερον καὶ τῷ ῥᾶον καὶ χαλεπώτερον. Ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολα πρὸς ἄλληλα, ταχέια τούτων ἢ μετάβασις, ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾶον εἶναι τὸ ἐν ἧ τὰ πολλὰ μεταβάλλειν, [ARIST. GC 331a.22–26]



Dodaje da se ta nastajanja razlikuju većom ili manjom lakom-  
ćom <nastajanja>: »Razlikuje se samim *brže* i *polaganije*, *laganije* i  
*teže*; štogod ima međusobnu srodnost, promjena među njima je  
brza, a štogod nema, polagana, jer je lakše mijenjati jedno nego  
mного.«

5

Povežimo, dakle, te fragmente u jedno i pobrojimo o koliko  
nas je poučaka Aristotel ovime poučio; ima ih, naime, šesnaest:  
[1] postoji četiri elementa, [2] što je element, [3] to su ona četiri  
jednostavna tijela, [4] ona imaju jednostavna kretanja, [5] laganoš-  
ću prema gore, [6] težinom prema dolje, [7] vatra je najlaganija,  
[8] pliva nad svime, [9] zemlja je najteža, [10] leži pod svime,  
[11] ostali <elementi> su u sredini, [12] pojedini su opskrblje-  
ni dvjema kvalitetama, [13] ali jedna je ipak glavna, [14] sve su  
te <kvalitete> međusobno kontrarne, [15] na osnovi njih svi se  
<elementi> pretvaraju u sve, [16] laganije oni koji imaju jednu  
<kvalitetu> zajedničku.

10

15

Kad sam sve te poučke sam sa sobom ne malo godina promi-  
šljao i veoma revno ispitivao, došao sam napokon do tog zaključ-  
ka da smatram da su svi netočni osim jednog, i da je bezvrijedno  
ono što su držali istinitim istraživači prirode. Kojim sam pak raz-  
lozima doveden do tog mnijenja, želim sada napisati, da bi neki  
od sadašnjih i kasnijih ljubitelja više istine stvari, nego autoriteta  
bilo kojeg čovjeka, kad istina bude otkrivena, a neistina pobijede-  
na, imali odakle bi filozofirali o samim stvarima, a ne o riječima<sup>5</sup>,  
što su dosad činile tisuće tisuća ljudi.

20

25

Od početka se najviše čudim, tako mi Herkula, da je Aristotel,  
filozof tako razuman, tako predan osjetilima, onoj svojoj filozofiji  
za koju je često govorio da cijela ovisi o osjetu, postavio ona

<sup>5</sup> U prvom svesku *Peripatetičkih rasprava* u knjizi 13. razlikuje Petrić šest stupnjeva istine: 1. Postojanje stvari samih, 2. Postojanje i pojavljivanje stvari, 3. Istina povezivanja pojmova u sudovima, 4. Na temelju sudova istina se u duši posjeduje kao razum, mudrost, znanost, razboritost, vještina, mnijenje i smatranje, 5. Istina govora, 6. Istina pisanog. Istina autoriteta ili filozofiranje o riječima odnosi se očito na (peti) i šesti stupanj istine kako je navedena u prvom svesku. Usp. Franciscus Patricius, *Discussiones peripateticae*, Köln, Weimar, Wien 1999. str. 163–174.



fessus, principia ea posuisse, quae nullis sensibus percipiuntur, sine ulla quidem necessitate, nulla etiam valida ratione suadente.

Mitto nunc materiam illam primam, formam et privationem, quae ita abstrusae sunt, ut non modo nullis sensibus pateant, sed  
 5 etiam nulla rationis vi satis comprehendantur, quid sint, quod hoc eodem tomo a nobis est ostensum. Sed de secundis hisce ex illis primo gradu, ut credit ipse, genitis, quae secundaria rerum principia atque elementa appellat, nobis esto sermo. Ea esse  
 10 quatuor docet: ignem, aerem, aquam, terram. Terram quidem et pedibus calcamus et manibus attrectamus et oculis aspiciamus. Aquam et aerem et cernimus et contingimus et reliquis sensibus attingimus, sed ignem, qui elementum sit, nullis aut sensibus aliis attingimus, aut oculis conspeximus. Non ambigo nunc de igne hoc nostrate culinario aut subterraneo, sed illo, qui in quadam  
 15 sphaera supra aerem, sub Lunae orbe est ab Ocello, deinde etiam ab Aristotele collocatus, quem nemo umquam tetigit, nullus hominum umquam vidit. Qui tamen si ibi esset, ex dogmate Aristotelico et interdiu et noctu conspiceretur, docet enim nos 2. *De anima* capite 3. ignem esse et in tenebris et in lumine visibilem:<sup>13</sup> *Ignis vero in ambobus cernitur, et tenebris et lumine, et hoc ex necessitate.* Quod si hoc verum est de minima facula ignis, cur tantus ignis centuplo terra maior non [440] cernitur? Nonne eadem contra Aristotelem nos obiicere possumus, quae ipse contra Empedoclem hoc eodem modo citato et libro et capite scripsit?<sup>14</sup>  
 20 *Et non recte Empedocles, neque si quis alius sic dixit tamquam feratur lumen et fiat aliquando inter terram et ambiens, nos vero lateat.*

Idem enim Aristoteles asserit, cum inter terram et ambiens coelum ignem statuat, cuius color lux est, uti libro de coloribus est scriptum. Et oculis patet et lux sit per se visibilis. Attamen tantum corpus, tanto lumine natura sua splendens, nos latet neque  
 30 oculis nostris obiicitur, itaque recte in eum subiiciemus, quod

<sup>13</sup> πῦρ δὲ ἐν ἀμφοῖν ὁρᾶται, καὶ ἐν σκότει καὶ ἐν φωτί, καὶ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης· [ARIST. deAn. 419a.23–24]

<sup>14</sup> καὶ οὐκ ὀρθῶς Ἐμπεδοκλῆς, οὐδ' εἴ τις ἄλλος οὕτως εἶρηκεν, ὡς φερομένου τοῦ φωτὸς καὶ γιγνομένου ποτὲ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ περιέχοντος, ἡμᾶς δὲ λαμβάνοντος· [ARIST. deAn. 418b.20–23]

počela koja se ne zamjećuju nikojim osjetilima – zaista bez ikakve nužde, bez ikakva valjanog razloga koji <ih> preporučuje.

Ostavljam sada onu prvu materiju, formu i lišenost, koje su tako tajnovite, da ne samo da nisu očite nikojim osjetilima, nego se također ne može nikojom snagom razuma dovoljno spoznati što su. To smo pokazali u ovom istom svesku.<sup>6</sup> Ali raspravljajmo o ovim drugima, rođenima, kako je sam vjerovao, iz onih u prvom stupnju koje naziva sekundarnim počelima stvari i elementima. Poučava da ih je četiri: vatra, zrak, voda, zemlja. Zemlju zaista i nogama gazimo i rukama dodirujemo i očima gledamo. Vodu i zrak i razabiremo i dodirujemo i ostalim osjetilima zamjećujemo, no vatru, koja je element, nismo zamijetili nijednim drugim osjetilima, niti vidjeli očima. Ne raspravljam sada o ovoj našoj kuharskoj vatri ili podzemnoj, nego o onoj koju je Okel a zatim i Aristotel smjestio u nekoj sferi iznad zraka, ispod kruga Mjeseca; nju nitko nikada nije dotaknuo, nitko od ljudi nikada nije vidio. Da je ona ipak tamo, po Aristotelovu bi se nauku vidjela i danju i noću; poučava nas, naime u 2. knjizi *O duši* u 3. poglavlju da je vatra vidljiva i u mraku i na svjetlu: »Vatra se razabire u obojem, u mraku i svjetlu i to po nužnosti.« Ako je to istinito o najmanjoj baklji vatre, zašto se tolika vatra sto puta veća od zemlje ne [440] razabire? Zar ne možemo mi protiv Aristotela prigovoriti isto što je on sam protiv Empedokla u upravo navedenoj knjizi i poglavlju napisao: »I nije točno Empedoklo, niti ako <je bio> tko drugi, tako rekao kao da se kreće svjetlo i nastaje nekad usred zemlje i obuhvaćajući je, a da nam je skriveno.«

Isto, naime, Aristotel tvrdi kad između zemlje i neba koje ju obuhvaća postavlja vatru, čija je boja svjetlost, kako je napisano u knjizi *O bojama*. I očima je jasna svjetlost i po sebi je vidljiva<sup>7</sup>. A takvo tijelo ipak, tolikim svjetlom po svojoj naravi sjajeći, skriveno nam je i ne pokazuje se našim očima; stoga ćemo mu ispravno

<sup>6</sup> Usp. IV. svezak, knj. 2. De principiis privatione et forma. str. 84–143.

<sup>7</sup> Up. ARIST. Col. 791b.6–9: τὸ δὲ φῶς ὅτι πυρός ἐστι χρώμα, δηλον ἐκ τοῦ μηδεμίαν ἄλλην ἢ ταύτην ἔχον εὐρίσκεισθαι χροάν, καὶ διὰ τὸ μόνον τοῦτο δι' ἑαυτοῦ ὁρατὸν γίνεσθαι, τὰ δ' ἄλλα διὰ τούτου. Usp. također: ARIST. Mete. 346a.21: (τοῦτο δ' ἐστὶν καὶ τοῖς ὀμμασιν ἰδεῖν φανερόν) – jedino riječ τοῦτο ne odnosi se na svjetlost.

ipse in Empedoclem eo loco:<sup>15</sup> *Hoc enim est et praeter eam, quae in ratione est, veritatem et praeter apparentia. In parva enim distantia lateat forte. Sed ab oriente in occidens latere grande nimis postulatum est. Quod si Empedoclis postulatum fuit Aristoteli grande nimis,*  
 5 *lumen ab oriente in occidens latum, nos latere, cur non par fuerit postulatum suum ignem natura sua lucidum die noctuque visilem eodem spacio ab oriente in occidens nos latere? Sed longe etiam ampliore spacio a meridie ad septentriones etiam, sed etiam quaqua versum sub toto Lunae orbe extensum? Ad omnes*  
 10 *mundi et cardines et ventos ventorumque particulas et protensum et distensum? Nonne longe maius hoc est postulatum quam Empedocleum? Longeque absurdius distantiusque tum a rationum veritate, tum ad apparentia in natura?*

*Sed aiet, ratio combinationum qualitatum primarum coegit*  
 15 *me, ut ignem pro elemento calido et sicco ponerem, aiam ego: καὶ τούτου ζητεῖν λόγον ἀφέντας τὴν αἴσθησιν, ἀρρωστία τίς ἐστὶν διανοίας<sup>16</sup> Sed huius rationem quaerere dimittentes sensum imbecillitas quaedam mentis est. Sic enim ipse pronunciavit*  
 8. *Physico, sic itidem 3. Physico: τῇ νοήσει πιστεύειν ἄτοπον.<sup>17</sup>*  
 20 *Cogitationi credere absurdum est. Cur id ita sit, causam ipse reddidit 1. De elementis, de his ipsis elementis tractans:<sup>18</sup> Finis quidem factivae scientiae, opus naturalis vero id, quod semper proprie apparet secundum sensum. Non ergo opus fuit in naturali re sensum dimittere, ut rationem combinationum sine ulla necessitate, sine*  
 25 *ulla etiam veritate construeret. Sine ulla, inquam, veritate, neque enim reliqua elementa reliquas illas combinationes habent, uti non procul ab hac disputatione a nobis palam fiet. Neque ulla necessitas coegit eum aut cogit nos, ibi ignem alium collocare quam coelum, quod veteres omnes praeter suum Ocellum*

<sup>15</sup> τοῦτο γάρ ἐστι καὶ παρὰ τὴν τοῦ λόγου [τῷ λόγῳ] ἐνάργειαν καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα· ἐν μικρῷ μὲν γὰρ διαστήματι λάθοι ἄν, ἀπ' ἀνατολῆς δ' ἐπὶ δυσμὰς τὸ λανθάνειν μέγα λίαν τὸ αἴτημα. [ARIST. deAn. 418b.23–26]

<sup>16</sup> [ARIST. Ph. 253a.32–34]

<sup>17</sup> [ARIST. Ph. 208a.14–15]

<sup>18</sup> Τέλος δὲ τῆς μὲν ποιητικῆς ἐπιστήμης τὸ ἔργον, τῆς δὲ φυσικῆς τὸ φαινόμενον ἀεὶ κυρίως κατὰ τὴν αἴσθησιν. [ARIST. Cael. 306a.16–17]

odgovoriti ono što je on Empedoklu na onom mjestu: »To je i mimo one istine koja je u razboru i mimo pojavnosti, jer bi na maloj udaljenosti možda bilo skriveno, ali od istoka do zapada biti skriveno odviše je veliki zahtjev.« Ako je taj Empedoklov zahtjev Aristotelu bio suviše velik, da nam je svjetlo, koje se pomiče od istoka na zapad, skriveno, zašto nije bio jednak njegov zahtjev: da nam je skrivena vatra, po svojoj naravi svjetleća, vidljiva danju i noću, na istom prostoru od istoka na zapad? No i na daleko većem prostoru <skrivena>, također od juga do sjevera, također na sve strane rastegnuta pod cijelim krugom Mjeseca, k svim uglovima<sup>8</sup> svijeta i vjetrovima i djelićima vjetrova i protegnuta i rastegnuta? Nije li to daleko veći zahtjev od Empedoklovog i daleko besmisleniji, udaljeniji, kako od istine razloga, tako i prema pojavnosti u prirodi?

No reći će: razlog spajanja prvih kvaliteta prisilio me je da postavim vatru kao element topao i suh; reći ću ja: καὶ τούτου ζητεῖν λόγον ἀφέντας τὴν αἴσθησιν, ἀρρωστία τίς ἐστὶν διανοίας<sup>9</sup>, »tražiti razlog toga zanemariivši osjetilo, neka je glupost uma«. Tako je, naime, sam izložio u 8. knjizi *Fizike*; tako također u 3. knjizi *Fizike*: τῇ νοήσει πιστεύειν ἄτοπον; »Besmisleno je vjerovati mišljenju.« Zašto je tome tako, sam daje uzrok u 1. knjizi *O elementima* raspravljajući o tim istim elementima: »Svrha tvorbene znanosti je djelo, prirodne pak ono što se uvijek navlastito pojavljuje prema osjetilu.« Nije, dakle, trebalo u prirodnoj stvari napustiti osjetilo da bi se konstruirao razlog povezivanja, bez ikakve nužnosti, također bez ikakve istine. Kažem, bez ikakve istine – naime, ni ostali elementi nemaju ta povezivanja, kako ćemo mi to objelodaniti ne daleko od ove rasprave. Nikoja ga nužnost nije prisiljavala, niti prisiljava nas, da ondje smjestimo drugu vatru nego nebo – koje su <tamo> smjestili svi stari

<sup>8</sup> Uglovi svijeta – to je astrološki termin koji obuhvaća ascendent, descendent, medium caeli i imum caeli. Ovdje nije upotrijebljeno u precizno astrološkom smislu, nego bi odgovaralo frazi: na sve strane.

<sup>9</sup> Citat ARIST. Ph. 253a.32–34 doslovan je, ali je uzet u drugom kontekstu.

unum hac eadem combinationum vana coniugatione collocant.

Neque ratio ulla alia earum, quas adduximus, id cogit, possunt enim si qui sunt naturales recti elementorum motus (quod  
5 ego prorsus nego et negationis sensum et rationem a sensu ductam mox ostendam), vel gravitate vel levitate facti tribus elementis reliquis accomodari, nec veterum autoritas ignis illius necessitatem ullam ostendit.

Quae quidem omnia acutissimi vir ingenii pervidens, postea,  
10 veluti in aenigmata, ignem hunc vertit, ita ut quid de eo senserit non possit vere elici. Nam quod prioribus allatis locis affirmarat, primo *Meteoro* in dubium primo vertit, deinde etiam negat. In hunc enim modum capite 4. scriptum reliquit:<sup>19</sup> *Super medio quidem et circa medium gravissimum et frigidissimum secretum terra et*  
15 *aqua. Circa haec vero et ea, quae his contigua aer et quod ex consuetudine vocamus ignem, non est autem ignis.* In quibus nil clarius dici potuit ad negandum ignem eum, quem toties et tot locis prius ignem appellarat, nunc autem ait eum ita appellari ex consuetudine, revera autem ignem non esse et causam statim apponit:<sup>20</sup>  
20 *Excessus enim calidi et veluti ebullitio est ignis, sed oportet cogitare eius, qui a nobis dicitur et vocatur aer, eam [441] partem, quae est circa terram, esse humidam et calidam, quia terra evaporet et exhalationem emittat, eam vero, quae supra hanc est, calidam iam et siccam, est enim vaporis quidem natura humida et calida, exhalationis vero calida et sicca, si est quidem vapor potentia veluti aqua, exhalatio autem potentia veluti ignis.* Quibus in verbis manifeste asserit eum, quem  
25

<sup>19</sup> ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ μέσου καὶ περὶ τὸ μέσον τὸ βαρύτερον ἐστὶν καὶ ψυχρότατον ἀποκεκριμένον, γῆ καὶ ὕδωρ· περὶ δὲ ταῦτα καὶ <τὰ> ἐχόμενα τούτων, ἀήρ τε καὶ ὁ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ, οὐκ ἔστι δὲ πῦρ· [ARIST. Mete. 340b.19–22]

<sup>20</sup> ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ καὶ οἶον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ. ἀλλὰ δεῖ νοῆσαι τοῦ λεγομένου <καὶ καλουμένου> ὑφ' ἡμῶν ἀέρος τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν οἶον ὑγρὸν καὶ θερμὸν εἶναι διὰ τὸ ἀτμίζειν τε καὶ ἀναθυμιάσιν ἔχειν γῆς, τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο θερμὸν ἤδη καὶ ξηρόν. ἔστιν γὰρ ἀτμίδος μὲν φύσις ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἀναθυμιάσεως δὲ θερμὸν καὶ ξηρόν· καὶ ἔστιν ἀτμὶς μὲν δυνάμει οἶον ὕδωρ, ἀναθυμιάσις δὲ δυνάμει οἶον πῦρ. [ARIST. Mete. 340b.23–29]

osim jedinog njegovog Okela zbog tog istog uzaludnog spajanja povezivanja.

I nikoji drugi razlog, od onih koje smo naveli, ne sili na to. Mogu se, naime, ako postoje neka prirodna pravocrtna kretanja elemenata<sup>10</sup> (što ja potpuno niječem i uskoro ću pokazati i osjet u prilog nijekanja i razlog koji je izveden iz osjeta) nastala ili zbog težine ili laganosti, prilagoditi trima preostalim elementima. Ni ugled starih ne pokazuje nikakvu nužnost te vatre. 5

Premda je sve to uviđao veoma oštrouman muž, okrenuo je kasnije tu vatru kao na zagonetku, tako da se ne bi moglo uistinu dokučiti što je o njoj mislio. Naime, ono što je na prije navedenim mjestima tvrdio, u 1. knjizi *Meteorologije* prvo okreće na dvojbu, potom također i niječe, u 4. je poglavlju ostavio ovako napisano: »Nad sredinom uistinu i oko sredine izdvojeno je ono najteže i najhladnije: zemlja i voda; oko njih pak i ono što ih dotiče je zrak i ono što iz navike zovemo vatra, a nije vatra.« Time se nije moglo reći ništa jasnije da se zaniječe ona vatra koju je toliko puta i na toliko mjesta prije nazivao vatrom, a sada kaže da ju se tako naziva iz navike, a da uistinu nije vatra; i odmah dodaje uzrok: »Vatra je, naime, pretjecanje toplog i poput kipljenja; no treba misliti na ono što izričemo i zovemo zrakom, da je onaj dio [441] koji je oko zemlje kao vlažan i topao, jer zemlja pušta pare i ispušta isparavanja, onaj <dio> pak koji je iznad njega da je topao i već suh; naime priroda pare je zaista vlažna i topla, isparavanja pak topla i suha, ako je para uistinu s obzirom na mogućnost kao voda, a isparavanje s obzirom na mogućnost kao vatra.« Tim riječima očito tvrdi da ona koju peripatetička škola smatra sfer- 10 15 20 25

<sup>10</sup> Aristotelov argument za sferalnu vatru (eter) temelji se (tako drži Petrić) na razlici kretanja *naše vatre* koje je pravocrtno i ide prema gore (zbog laganosti vatre) od kretanja etera koje je kružno. Petrić smatra da 1. razlika pravocrtnog i kružnog kretanja nije argument za postojanje etera i 2. da se elementi ne kreću pravocrtno.



sphaeralem ignem existimat Peripatus, non ignem esse, sed aeris partem calidam et siccam, et veluti ignem potentia, non actu.

Sed sequentibus aliter exponit:<sup>21</sup> *Quod vero in loco sursum non conficiantur nubes, hanc oportet causam esse existimare, quod non sit aer solum, sed magis ignis.* Non absolute ignis ait, sed magis ignis quam aer, cum tamen esse aerem priore loco dixisset et non ignem. In qua sententia persistens capite sequenti sic iterum scripsit:<sup>22</sup> *Primo quidem sub circularem lationem est calidum et siccum, quod dicimus ignem. Caret enim nomine id, quod commune est omni fumosae exhalationi, nihilominus quia maxime praeter caetera corpora aptum est tale corpus accendi, ita necesse est uti nominibus.* Quibus verbis corpus illud ignem revera non esse affirmat, sed ita vocari ex carentia nominis et praeterea id esse, quod accenditur, non autem aliud in eo, quod statim subiectis verbis etiam indicat, cum ait:<sup>23</sup> *Sub hac vero natura est aer, oportet autem cogitare veluti hypeccauma, hoc quod nunc ignem appellavimus, extensum esse circa terrae sphaeram ultimum, ita ut parvam motionem sortitum, inflammetur saepe veluti fumus.*

Ex hisce ergo locis corpus illud, seu natura proxima supra aerem, ait Aristoteles, non est ignis, etiamsi nos ita ex consuetudine, ex necessitate, ex proprii nominis carentia ignem vocemus, sed est pars quaedam aeris calida et sicca, exhalatio quaedam veluti fumus, fumosa, potentia ignis et magis ignis quam aer, quod ob parvum motum facile accendatur. Contraria ergo est doctrina haec priori illi doctrinae, quae ignem verum ibi collocabat. Si in-

<sup>21</sup> τοῦ μὲν οὖν ἐν τῷ ἄνω τόπῳ μὴ συνίστασθαι νέφη ταύτην ὑποληπτέον αἰτίαν εἶναι, ὅτι οὐκ ἔνεστιν ἀήρ μόνον ἀλλὰ μᾶλλον {οἶον} πῦρ. [ARIST. Mete. 340b.29–32]

<sup>22</sup> πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον φορᾶν ἔστιν τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὃ λέγομεν πῦρ (ἀνώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν ἐπὶ πάσης τῆς καπνώδους διακρίσεως· ὅμως δὲ διὰ τὸ μάλιστα πεφυκέναι τὸ τοιοῦτον ἐκ καίεσθαι τῶν σωμάτων οὕτως ἀναγκαῖον χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν), [ARIST. Mete. 341b.13–18]

<sup>23</sup> ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν φύσιν ἀήρ. δεῖ δὲ νοῆσαι οἶον ὑπέκκαυμα τοῦτο ὃ νῦν εἶπομεν πῦρ περιτετάσθαι τῆς περὶ τὴν γῆν σφαίρας ἔσχατον, ὥστε μικρᾶς κινήσεως τυχὸν ἐκκαίεσθαι πολλακίς ὥσπερ {τὸν} καπνόν· [ARIST. Mete. 341b.18–21]



nom vatrom, nije vatra, nego topli i suhi dio zraka i kao vatra u mogućnosti, a ne aktualno.

No u sljedećem drugačije izlaže: »Da pak na mjestu *gore* ne nastaju oblaci, treba smatrati da je uzrok ovaj: jer nije samo zrak <tamo>, nego više vatra.« Ne kaže *bez ograničenja* vatra, nego 5  
*više* vatra od zraka, premda je na prethodnom mjestu rekao da je zrak a ne vatra. Ostajući kod te misli u sljedećem poglavlju ponovo ovako piše: »Ponajprije je doista ispod kružnog pomicanja toplo i suho što nazivamo vatrom. Bez imena je naime ono što je zajedničko svem dimnom isparavanju, osobito zato jer je više 10  
od ostalih tijela takvo tijelo prikladno da se zapali; tako je nužno koristiti se imenima <toplo i suho>.« Tim riječima potvrđuje da ono tijelo u stvari nije vatra, nego se tako naziva zbog nedostatka imena i osim toga da je to ono što se zapaljuje, a ne <zapaljuje se> drugo u njemu, što naznačuje odmah i riječima koje su niže 15  
kad kaže: »Ispod te je pak prirode zrak; treba misliti da se poput zapaljive tvari to što smo sada nazvali vatrom, prostire kao krajnji dio sfere oko zemlje, tako da dobivši malo kretanje biva zapaljeno često kao dim.«

Stoga ono tijelo iz tih mjesta, ili priroda najbliža iznad zraka, 20  
kaže Aristotel, nije vatra, premda je mi tako zovemo vatrom iz navike, iz nužnosti, iz nedostatka vlastitog imena, nego je neki topli i suhi dio zraka, neko dimno isparavanje poput dima, mogućnost vatre i više vatra nego zrak, jer se lako zapaljuje zbog malog kretanja. Suprotan je, dakle, ovaj nauk onom prethodnom 25  
nauku koji je tamo smještao pravu vatru. Ako bi rekli spasitelji,

ZA FILOZOFIJU

quiant salvatores, ut eum salvent, at multo pluribus locis ignem absolute vocavit illam substantiam. Quid faciamus huic homini, qui non simplici atque aperto modo, sed variis ac versicoloribus universam suam philosophiam tractavit atque contradicentibus?

5 Quod clare 6. praecedentibus libris constitit et sequentibus non minus constabit. Si aiant iterum, negat locis his eum esse ignem talem, qualis est hic noster, qui est ὑπερβολή θερμοῦ καὶ οἶον ζέσις<sup>24</sup> *excessus calidi, et veluti ebullitio*, videant quid agant. Con-

10 cidit enim aliud illud argumentum, quo adstruunt ibi esse ignis sphaeram, quoniam hic nostras ignis ad suum congenerem illuc semper ascendere nititur. Namque si ille talis non est, qualis hic, non est cur hic illuc ascendat. Deinde ignis sphaeralis, si in summo est calidus, ut docuit Aristoteles, cur negemus ei ὑπερβολήν θερμοῦ, *excessum caloris*? An forte rem aliam ostendent calidior-

15 rem? Qua ratione Aristoteles rationem hanc attulit, ut negaret illum esse ignem, quia ignis sit excessus calidi? Non ergo sibi constet Aristoteles vel negando, vel affirmando illum esse ignem.

Quid nos? Negamus ibi esse ullum ignem, non corpus calidum et siccum summe, non aeris partem calidam et siccam, non

20 exhalationem, quae potentia sit ignis, quae magis sit ignis, quam aer. Negatio haec sufficiat ad ignem eo loco eiiciendum, quando ex lege Peripati neganti non incumbit onus probandi, sufficiat multo magis autoritate Aristotelica, negantis ignem eum esse, ac multo maxime, eversis rationum Aristotelicarum fundamen-

25 tis, nisi scilicet validioribus argumentorum viribus ille ignis adstruatur.

Conabuntur Aristotelici eum construere duabus rationibus, uti credunt, a sensu ipso ductis. Altera scilicet, quod cometae, caprae saltantes, trabes, alii sublimes ignes fiunt in ea regione,

<sup>24</sup> [ARIST. Mete. 340b.23]

da bi njega spasili, ali na mnogo više mjesta nazivao je bezuvjetno tu supstanciju vatrom. Što da učinimo tom čovjeku koji nije na jednostavan i otvoren način, nego na različite i šarolike <načine>, pa i proturječne, tumačio cjelokupnu svoju filozofiju. To je utvrđeno jasno u 6 prethodnih knjiga i bit će ne manje utvrđeno u sljedećima. Ako bi rekli opet, da on nije će na tim mjestima da je ona vatra takva, kakva je naša, koja je ὑπερβολὴ θερμοῦ καὶ οἷον ζέσις<sup>11</sup> pretjecanje toplog i kao kipljenje, neka vide što rade. Ruši, naime, ono drugo obrazloženje kojim utvrđuju da je tamo sfera vatre, jer ovdje naša vatra uvijek nastoji uspeti se onamo k svojoj srodnoj <vatri>. Ako ona vatra nije takva kakva je ovdje, nema razloga da se odavle tamo uzdiže. Potom, ako je sferna vatra na vrhuncu topla, kako je učio Aristotel, zašto da joj niječemo da je ὑπερβολὴ θερμοῦ, pretjecanje topline? Da li će pokazati neku drugu topliju stvar? Zbog čega je Aristotel iznio taj razlog da bi zanijekao da je ona vatra – jer je vatra pretjecanje toplog? Stoga nije sam sebi dosljedan Aristotel, bilo nijećući, bilo tvrdeći da je ona vatra.

A što mi? Niječemo da tamo postoji ikakva vatra, niti tijelo toplo i ponajviše suho, niti topli i suhi dio zraka, niti isparavanje koje je u mogućnosti vatra koja je više vatra nego zrak. To nijekanje neka bude dovoljno da se izbacij vatra s onog mjesta, kad po propisu peripatetičke škole, na onom koji niječe ne leži teret dokazivanja<sup>12</sup>; neka bude dovoljno mnogo više od Aristotelova autoriteta, da <taj teret dokazivanja čak> pripadne onom koji niječe onu vatru, a ponajviše <zato>, jer su srušeni temelji Aristotelovih razloga – osim dakako, ako se ona vatra ne učvrsti valjanijim snagama obrazloženja.

Nastojat će aristotelovci da <vatru> izgrade s dva razloga, izvedena, kako vjeruju, iz samog osjetila. Jedan je da kometi, skačuce koze, grede i druge vatre u visini<sup>13</sup> nastaju u tom predjelu,

<sup>11</sup> Usp. ARIST. Mete. 340b.23 ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ καὶ οἷον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ.

<sup>12</sup> Pravno pravilo glasi: necessitas probandi incubit ei qui agit. Onaj tko tvrdi mora dokazati istinitost teze.

<sup>13</sup> kometi, skačuce koze, vatrene grede i druge vatre u visini – to su peripatetički nazivi za različite vatrene fenomene u zraku i visini. Njihov opis nalazimo u peripatetičkim knjigama o meteorologiji, npr. *Meteorologia conscripta a Johanne Garcao pastore ecclesiae, Witebergae* 1568.

qui ab igne ibi existente accenduntur, saepenumero et inflam-  
mantur, neque id fieri posse nisi ab igne. Altera, quod ignis iste  
nostras sursum tendit, ad suum scilicet totum, ad universitatem  
suam, ad suum congenerem et cognatum ignem. Duo ergo haec  
5 sensus testimonia discutiamus.

Primo itaque dicimus, si qui ignes ibi fiunt, ut concedamus  
cometas ac forte alios ibi accendi non ideo necesse est ibi ignem  
esse, nam locis duobus [442] paulo ante citatis ipsum hylpecauma<sup>i</sup>  
autumat accendi ut fumus, non autem aliud in eo quicquam.

10 Deinde etiam si maxime exhalatio ascendat eo inflammetur-  
que nullo esse argumento eam partem igneam esse, primo quia  
non in altissima super nos parte sublimes omnes ignes gene-  
rantur, videmus enim multas volantes stellas ad terram usque  
pertingere, quod in hac infima aeris regione non est negandum  
15 contingere, neque id solum calido aere, sed frigidissimo media  
in hyeme.

Deinde quoniam ipse nos Aristoteles docet, sui omnes con-  
tendunt, nubes in media quadam aeris regione frigidissima den-  
sari, in nubibus et tonitrua et corruscationes et fulgura gigni: si  
20 igitur in frigido aere ignes accenduntur, quid opus fuit supra ae-  
rem ignem nulla necessitate excogitare, calidum et siccum, ut ibi  
exhalationes accenderentur? Si aer id nobis praestet, cur ignem  
supra aerem fingamus? Nonne id est entia sine necessitate contra  
propria edicta multiplicare? Nulla umquam sagitta tam forti arcu  
25 emissa est, ut ad ignis sphaeram pertingere posset, nec etiam ad  
mediam, nec etiam ad dimidiam inferiorem aeris regionem con-  
scenderet: attamen fatetur Aristoteles plumbum sagittae in aere  
liquefactum, sic enim scribit capite 4:<sup>25</sup> *Videmus autem motum,*

<sup>25</sup> ὁρῶμεν δὴ τὴν κίνησιν ὅτι δύναται διακρίνειν τὸν ἀέρα καὶ  
ἐκπυροῦν, ὥστε καὶ τὰ φερόμενα τηκόμενα φαίνεσθαι πολλάκις.  
[ARIST. Mete. 341a.17–19]

<sup>i</sup> Corr. ex hylpecauma

jer se zapaljuju od vatre koja tamo postoji. Često i gore i to može biti samo od vatre. Drugi je <razlog>, da naša vatra teži prema gore k svojoj cjelini, k svojoj cjelokupnosti, k svojoj rodbinskoj i srodnoj vatri. Stoga raspravimo ova dva svjedočanstva osjetila.

Prvo dakle kažemo, ako tamo nastaju neke vatre, kao što dopuštamo da se tamo pale kometi i možda druge <vatrene pojave>, da nije nužno da ondje postoji vatra; jer na dva malo [442] prije citirana mjesta smatra da se sama zapaljiva materija<sup>14</sup> zapaljuje kao dim, a ne nešto drugo u njoj.

Potom <kažemo>, ako se i ponajviše isparavanje uzdiže onamo i zapaljuje, da to nije nikakvo obrazloženje da je taj dio vatre; prvo zato, jer ne nastaju sve vatre u visini, u najvišem dijelu nad nama; vidimo, naime, da mnoge leteće zvijezde dopiru sve do zemlje, što se ne može nijekati da se događa u ovom najnižem predjelu zraka, i to ne samo kad je zrak topao, nego i kad je najhladniji usred zime.

Zatim, jer nas sam Aristotel poučava, a svi njegovi tvrde da se oblaci zgušnjavaju u nekom srednjem, najhladnijem predjelu zraka i da se u oblacima rađaju grmljavine, munje i bljesak; ako se, dakle, u hladnom zraku zapaljuju vatre, zašto je trebalo iznad zraka izmišljati vatru bez ikakve nužnosti, toplu i suhu da bi se ondje isparavanja zapalila? Ako bi nam to zrak omogućavao, zašto bismo izmišljali vatru iznad zraka? Ne znači li to umnažati bića bez potrebe<sup>15</sup>, protiv njegovih vlastitih zapovijedi? Nikad nijedna strijela nije izbačena iz tako jakog luka da bi mogla doprijeti do sfere vatre, niti do sredine, niti bi se također uzdigla do polovice nižeg predjela zraka; a ipak Aristotel kaže da se olovo strijele otopilo u zraku; tako piše u 4. poglavlju: »Vidimo da

<sup>14</sup> Petrić ne prevodi grčku riječ ὑπέκκαυμα, nego je transliterira. Tako postupa i Gučetić u *Discorsi* (1584).

<sup>15</sup> Pravilo, poznato i kao Ockhamova britva, zasniva se na Aristotelovoj kritici ideja, usp. ARIST. *Metaph.* 1078b.32–1079a.2: ὥστε συνέβαινεν αὐτοῖς σχεδὸν τῷ αὐτῷ λόγῳ πάντων ιδέας εἶναι τῶν καθόλου λεγομένων, καὶ παραπλήσιον ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀριθμῆσαι βουλόμενος ἐλαττόνων μὲν ὄντων οἶοιτο μὴ δυνήσεσθαι, πλείω δὲ ποιήσας ἀριθμοῖη· πλείω γὰρ ἐστὶ τῶν καθ' ἕκαστα αἰσθητῶν ὡς εἰπεῖν τὰ εἶδη, περὶ ὧν ζητοῦντες τὰς αἰτίας ἐκ τούτων ἐκεῖ προήλθον·

quod potest aerem disgregare et ignire, ita ut lata liquefieri appareant saepe. Quod etiam 2. De coelo scripsit. Et eodem 4. mox:<sup>26</sup> Etenim hic apud nos is, qui violenter latis appropinquat aer, maxime fit calidus et hoc ratione bona accidit, maxime enim solidi motio disgregat  
5 ipsum.

Si igitur motus, etiam hic apud nos in inferiore regione, ignit aerem, ad quid nobis inventus est aer ille supremus. Et qua ratione visus est sibi et suis Aristoteles contra veteres conclusisse coelum non esse ignem, nec calidum:<sup>27</sup> Signum vero sufficiens,  
10 quod superior locus non est calidus, neque ignitus, etiam discursiones stellarum ibi enim non sunt, sed deorsum.

Concludam ego contra suos discurrentes stellas, quae inferius fiunt, signum sufficiens esse nullum sphaeralem ignem necesse esse fingere. Quando docente eodem capite eorum Principe:<sup>28</sup>  
15 Aliquando sane a motu exhalatio accensa gignit ipsa, aliquando vero ab eo, qui ob frigus compangitur, aere secernitur et expellitur calidum.

Ratio ergo de duabus prior nulla est, concedentibus praesertim universo senatu plebeque Peripatetica, capras, sidera volantia, dracones in media aeris regione, stipulas vero ardentem,  
20 cereos, sydera Helenae in infimo ob aeris tum caliditatem, tum frigiditatem generari; cometae vero et si quae alia fiant in suprema, gigni eadem ratione dicemus, non quia ibi sit ignis sphaera, sed quia ibi vel una de tribus, vel duae etiam (si id possit) tres causae accensionis sint, motus scilicet aeris eiusque caliditas, aut  
25 etiam frigiditas.

At si non hac de causa introducendus est in naturam rerum ignis ille, inquiet alia illa de causa introducat necesse est, ut scilicet ignis iste nostrarum regionum habeat, quo se ad totum

<sup>26</sup> καὶ γὰρ ἐνταῦθα τῶν βίᾳ φερομένων ὁ πλησιάζων ἀὴρ μάλιστα γίγνεται θερμός. καὶ τοῦτ' εὐλόγως συμβαίνει· μάλιστα γὰρ ἢ τοῦ στερεοῦ διακρίνει κίνησις αὐτόν. [ARIST. Mete. 341a.26–28]

<sup>27</sup> σημεῖον δ' ἴκανόν ὅτι ὁ ἄνω τόπος οὐκ ἔστι θερμός οὐδ' ἐκπεπωρωμένος καὶ αἱ διαδρομαὶ τῶν ἀστέρων. ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ γίγνονται, κάτω δέ· [ARIST. Mete. 341a.31–34]

<sup>28</sup> ὅτε μὲν οὖν ὑπὸ τῆς κινήσεως ἢ ἀναθυμιάσις ἐκκαίεται γεννᾷ αὐτά· ὅτε δὲ ὑπὸ τοῦ διὰ τὴν ψύξιν συνισταμένου ἀέρος ἐκθλίβεται καὶ ἐκκρίνεται τὸ θερμόν, [ARIST. Mete. 341b.35–342a.1]



kretanje može zrak razdvojiti i zapaliti, tako da se često čini da se topi ono što biva pomicano.« O tome je također napisao u 2. knjizi *O nebu*. I u istom 4. <poglavlju> zatim: »Naime ovaj kod nas, onaj zrak koji se približava onome što biva nasilno pomicano, najviše je topao; i to se događa iz dobrog razloga, jer ga pomicanje čvrstog najviše razdvaja.« 5

Ako, dakle, kretanje, također kod nas u nižem predjelu zapaljuje zrak, zbog čega nam je izumio onaj najviši zrak? I iz kojeg se razloga Aristotelu, njemu i njegovima činilo da je zaključivao protiv starih, da nebo nije vatra, niti da je toplo: »Dovoljni su pak znak da gornje mjesto nije toplo niti zapaljeno, također tamo nema padanja zvijezda, nego su prema dolje.« 10

Ja ću zaključiti protiv njegovih da su zvijezde koje se rasipaju i koje nastaju niže, dovoljan znak da nije nužno izmišljati nikakvu sfernu vatru. Kad, kako uči njihov prvak u istom poglavlju: »Ponekad ih rađa isparavanje zapaljeno kretanjem; ponekad pak biva od onog zraka koji se zgušnjava zbog hladnoće razdvojeno i istisnuto kao toplo.« 15

Prethodni razlog od tih dvaju bezvrijedan je, osobito zato jer priznaju sveukupni peripatetički senat i puk da *koze, leteće zvijezde i zmajevi* nastaju u srednjem predjelu zraka, *gorući čepovi* pak, *voštani, zvijezde Helene* u najnižem <predjelu>, kako zbog topline zraka, tako i zbog hladnoće; a za komete, ako neki nastaju u drugom najvišem <predjelu>, reći ćemo da nastaju iz istog razloga, ne zato jer je tamo sfera vatre, nego zato jer su tamo <uzroci zapaljivanja> ili jedan od triju, ili dva ili također (ako bi to moglo biti) tri uzroka zapaljivanja: tj. kretanje zraka, njegova toplina, ili također i hladnoća. 20

A ako ne treba iz tog razloga uvesti u prirodu tu vatru – reći će – zbog onog drugog razloga nužno je da se uvede, tj. da ta vatra naših predjela ima kamo vratiti se k svojoj cjelini, gdje da se 30



suum recipiat, ubi quiescat, nimirum ne misellus ab universitate sua procul et destitutus aut vagari cogatur, aut etiam emori.

In nostratis ergo ignis indagacionem descendamus. Quid igitur dicitur? Ignis nostras<sup>ii</sup> sursum tendit, ergo ignis sphaera  
5 super aerem sita est. Quae est haec argumentatio, ex quo loco seu elencho ducta? Demonstratio certe non est. Si sit elenchus, sit iam actum de ignis sphaera. Sed si de topica sumpta, probabilem, non necessariam hanc sphaeram nobis facit.

Sed ne in ambiguo atque aequivoco versemur, primum quaero,  
10 de quo nostrate igne intelligant, nam non uniusmodi habemus. Theophrastus, charissimus Aristoteli discipulus triplicem tradit Platonem ac Timaeum ac forte praeceptorem aliquo loco secutus, ἄνθρακα, φλόγα, φῶς, carbonem, flammam, lucem. Puto Aristotelicos istos nostrates, hoc tertium invito etiam Theophrasto, quem  
15 de nomine vix norunt, non recepturos duos priores negare existimo non ausuros. Quid igitur dicent? Carbonem esse vel partem vel speciem sphaeralis ignis? Si negent, iam non duae, sed una est pars ignis. Si affirment, cur ergo carbones ad totum suum, ad genus proprium non ascendunt? Quid ergo fratres [443] gemini  
20 uno partu nati, anthrax et flamma, senior etiam anthrax non erit portio ignis, illius flamma erit? Unde haec disparitas? Inquiet sane, quia anthrax gravis est, ideo non ascendit. Quid nos docent modo? Si ignis traditione principis levis est sui natura, quomodo nunc ignem gravem reppererunt? Certe, alterutrum est necessario.  
25 Si anthrax ignis est, levis etiam est. Si levis non est, ignis non est. Eligent opinor ignem non esse, interrogo ego: quid est anthrax? Respondebunt, credo, est lignum ignitum.

<sup>ii</sup> Corr. ex nostra

smiri, da jadna ne bi bila prisiljena daleko od svoje sveukupnosti i napuštena ili lutati ili također umrijeti.

Spustimo se, dakle, na istraživanje naše vatre. Što se, dakle, kaže? Naša vatra teži prema gore, dakle sfera vatre smještena je iznad zraka. Koje je to obrazloženje, iz kojeg mjesta<sup>16</sup> ili elenktičkog<sup>17</sup> dokaza izvedeno? Dokaz sigurno nije. Ako bi bio elenktički dokaz, gotovo bi bilo sa sferom vatre; ali, ako je uzeto iz *Topike*, čini nam tu sferu vjerojatnom a ne nužnom.

Ali da se ne zadržavamo u dvosmislenom i dvoznačnom, prvo pitam o kojoj našoj vatri to podrazumijevaju, jer nemamo jednoversnu. Teofrast, najmiliji Aristotelov učenik prenosi trostruku slijedeći Platona i Timeja, a možda na nekom mjestu i svojeg učitelja: ἄνθραξ, φλόξ, φῶς, ugljen, plamen, svjetlost. Mislim da aristotelovci, ovi naši, ovu treću i protiv volje Teofrasta, kojeg su poznavali samo po imenu, neće prihvatiti, a smatram da se neće usuditi nijekati dvije prethodne. Što će, dakle, reći? Da je ugljen ili dio ili vrsta sferne vatre? Ako bi nijekali, ne postoje više dva, nego jedan dio vatre. Ako bi potvrdili, zašto se ugljeni ne uzdižu k svojoj cjelini, k vlastitom rodu? Dakle, braća blizanci, [443] u jednom porodu rođeni, ugljen i plamen, zašto stariji ugljen neće biti dio vatre, a njegov će plamen biti? Odakle ta nejednakost? Reći će sigurno jer je ugljen težak, zato se ne uzdiže. Što nas sad poučavaju? Ako je vatra, prema iznošenju prvaka <Aristotela>, lagana po svojoj naravi, kako su sada otkrili da je vatra teška? Sigurno jedno od dvojega je po nužnosti. Ako je ugljen vatra, također je lagan. Ako nije lagan, nije vatra. Izabrat će, mislim, da nije vatra; pitam dakle: što je ugljen? Odgovorit će, mislim: drvo je zapaljeno.

<sup>16</sup> locus, τόπος – Petrić misli na Aristotelovu *Topiku*, zbirku pravila za postizanje zacrtanih ciljeva dokazivanja. Takvo argumentiranje ne smjera nužnosti, nego vjerojatnosti.

<sup>17</sup> Elenktičkim dokazom naziva Aristotel onaj dokaz kod kojeg početak dokazivanja nije kod onoga koji dokazuje, nego postupak dokazivanja svojom tezom započinje netko drugi. Elenktički dokaz moguć je i tamo gdje direktni dokaz nije moguć, npr. dokaz principa neproturječnosti može biti samo elenktički, tj. može se dokazati da je nemoguće ili protuslovno prihvatiti da princip neproturječnosti ne važi. Međutim, čini se da Petrić na ovom mjestu pod elenktičkim dokazom podrazumijeva sofistički ili prividni dokaz: ὁ σοφιστικὸς ἔλεγχος.

Esto. Sed ignitum ignine an alia re? Si alia quam igne, quae nam  
 ea sit, ostendant? Si non ostendant, audebimus nos affirmare anthra-  
 ca ignis partem habere eaque ignitum esse. Pars haec ignis de genere  
 illius sphaeralis ignis est, vel non est? Si non sit, nec ignis appellanda  
 5 est, nec ipsum lignum dicendum est esse ignitum. Si sit pars ignis,  
 naturae eiusdem erit: levis ergo. Cur ergo non ascendit? Detinetur,  
 aient, in ligno. Bene est. At a qua vi<sup>iii</sup>, naturaline, an vero violenta?  
 Si violenta, aliquando solvetur ascendetque. Quando ergo id erit,  
 postea quam nulla est memoria proditum ab aetate Aristotelis aut  
 10 vetustiore etiam eum umquam solutum ac sursum latum. Ergo  
 natura ligno inhaeret. Si natura, quomodo alteram naturam non  
 habet, sursum ascendendi? Si utraeque aequae naturae ipsius sunt,  
 cur hac numquam utitur, illa semper? Rationem reddant. Si ne-  
 queunt, dicemus nos ignem hunc non esse levem ac propterea non  
 15 esse congenerem<sup>iv</sup> illi suo sphaerali, non esse illius totius partem. Si  
 idem audeam de flamma dicere ascensumque eius negem, clamor  
 Peripati universi me circumsonabit ac obruet. De clamore ergo nos  
 surripiamus, quiete ac tranquille, si liceat, philosophemur?

Ascensum flammae examinemus. Magnum insuperabileque  
 20 est hoc negotium. Quid igitur dicimus, triplici in loco flammam  
 cernimus? In subterraneis, in terrae superficie, in aere atque in  
 eius quidem triplici regione, infima, media, suprema. Nullam  
 harum Peripatus negabit. Ex eorum doctrina tres hae adductae  
 sunt, duae vero priores oculis non caecutientibus offeruntur.

25 Flammae hae eiusdemne cognationis ac generis sunt? Flam-  
 mam Aristoteles sic definivit loco iam toties citato, 1. *Meteori*  
 capite 4: ἔστι γὰρ ἡ φλόξ πνεύματος ξηροῦ ζέσις<sup>29</sup>, *Est enim*  
*flamma spiritus sicci ardor*. Spiritus vero iste quid sibi vult aliud,  
 quam ut sit vel aer, vel fumus, vel exhalatio. Contendit ipse sui-  
 30 que omnes ignes in aere ternos, quaecumque in parte accensos:  
 ἀναθυμιάσεις, *exhalationes* esse calidas et siccas. Si fumus ardens  
 sit flamma, exhalatio itidem est: ἀναθυμιάσις γὰρ ὁ καπνός<sup>30</sup>

<sup>29</sup> [ARIST. Mete. 341b.21–22]

<sup>30</sup> [ARIST. PA 649a.22]

<sup>iii</sup> Corr. ex in

<sup>iv</sup> Corr. ex cogenerem

Neka bude. No zapaljeno vatrom ili nekom drugom stvari? Ako nekom drugom a ne vatrom, neka pokažu, koja je to <stvar>? Ako ne bi pokazali, usudit ćemo se tvrditi da ugljen ima dio vatre i da ga je ona zapalila. Taj dio vatre, je li on iz roda one sferne vatre ili nije? Ako ne bi bio, ne smije se zvati vatrom, niti se za samo drvo smije reći da je zapaljeno. Ako bi bio dio vatre, bit će iste prirode, stoga lagan. Zašto se, dakle, ne uzdiže? Reći će, biva zadržan u drvetu. Dobro. Ali kojom silom, prirodnom ili nasilnom? Ako nasilnom, jednom će se osloboditi i uzdignut će se. Kada će to biti, nakon što se nije zadržalo ni u kojem sjećanju, od Aristotelova ili još starijeg vremena, da se on ikada oslobodio i popeo u visinu. Stoga <ta sila> u drvetu je po prirodi. Ako je po prirodi, kako nema drugu prirodu uzdizanja u vis? Ako su obje jednako njegove prirode, zašto se jednom nikada ne služi, drugom uvijek. Neka daju razlog. Ako ne mogu, reći ćemo da ta vatra nije lagana i da zbog toga da nije srodna onoj svojoj sfernoj, da nije dio one cjeline. Ako bih se usudio isto reći o plamenu i ako bih nijekao njegovo uzdizanje, okružiti će me vika cijele peripatetičke škole i zgazit će me. Izvucimo se iz vike, hoćemo li u miru i spokojno, ako bi bilo dopušteno, filozofirati?

Ispitajmo uzdizanje plamena. Velik je i nenadmašan taj posao. Što dakle kažemo, zamjećujemo li plamenove na tri mjesta? U podzemlju, na površini zemlje, u zraku i u njegova tri predjela: najnižem, srednjem, najvišem. Nijedan od tih predjela peripatetička škola neće nijekati. Iz njihova nauka navedena su ova tri<sup>18</sup>, a ona dva prva pružaju se očima koje nisu slijepe.

Da li su ti plamenovi istog srodstva i roda? Aristotel je plamen ovako definirao na mjestu već toliko puta navedenom u 1. knjizi *Meteorologije* u 4. poglavlju: ἔστι γὰρ ἡ φλόξ πνεύματος ξηροῦ ζέσις. »Plamen je sjaj suhog daha.« Taj pak *dah* što mu drugo znači, nego da je ili zrak ili dim ili isparavanje. Tvrdi sam i svi njegovi da su vatre u zraku trostruke, <prema tome> u kojem su dijelu <zraka> upaljene, da su ἀναθυμιάσεις, isparavanja – topla i suha. Ako bi gorući dim bio plamen, isto je tako i isparavanje; ἀναθυμιάσις γὰρ ὁ καπνός, »isparavanje je, naime, dim«

<sup>18</sup> Tj. u najnižem, srednjem i najvišem predjelu zraka.

*exhalatio enim fumus est, ait 2. De partibus, capite 2, neque hanc nostratrem culinarem flammam ullus umquam dubitet esse fumum accensum, ergo fumus hic et exhalatio et calidus et siccus est.*

De subterranea flamma dubium non parvum esse possit alicui non bardo. Autumant enim non aliam ardere posse sub terra materiem quam bitumen, sulphur, quae etiam odore produntur. Istae aut humidae sunt et pinguae, id est aerea, non aliter quam flamma in nostris candelis, cereis, piceis, taedis, talibus aliis atque ita posse dici flamma horum esse ardorem fumi humidi pinguis, non autem spiritus sicci.

Quod si quis Aristotelicorum, ut salvet (hoc enim maximum eorum, ommissa etiam rerum veritate est negotium) Aristotelis definitionem contendat, humidum illum vaporem, qui ex bitumine, sulphure reliquisque pinguibus oritur, ab igne exsiccari, concedam in praesentia (reclamante maximopere Theophrasto) ut, quo res ista deducatur, videamus.

Esto itaque flammae omnes cuiuscumque generis sint, exhalatio seu spiritus calidus et siccus sunt. Ratione caliditatis et siccitatis huius rarae et leves sunt, atque ideo versus coelum moventur, moventur autem partes quaeque ad totum suum. Totum ergo harum partium versus coelum est. Ignis ergo sphaera sub coelo est, hoc validissimum putant argumentum ad ignis sphaeram inducendam in naturam rerum. Hoc eodem non minus, imo validius probabo coelum esse ignem, quia sursum est, eoque tendunt ignis partes ad suum totum coelum, suffragante praesertim argumento meo, visu ipso, qui in coelo multa flammaram millia et genera conspicit, nil tale nobis praebente ignis sphaera sub coelo. Mea enim ratio ex praeceptoris edicto: ἔχει λόγους οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγουσιν<sup>31</sup> *Habet rationes, quae ad sensum confessa dicunt.* Inferamque hoc edicto contra ipsummet legislatorem suosque omnes, quod ipse contra Parmenidem primo *De ortu* libro intulit:<sup>32</sup> [444] *Praetergredientes*

<sup>31</sup> {Δεύκιππος δ'} ἔχειν {ῥήθη} λόγους οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγοντες [Usp. ARIST. GC 325a.23–24]

<sup>32</sup> ὑπερβάντες τὴν αἴσθησιν καὶ παριδόντες αὐτὴν ὡς τῷ λόγῳ δέον ἀκολουθεῖν, [ARIST. GC 325a.13–14]

– kaže u 2. knjizi *O dijelovima <životinja>* u 2. poglavlju. Nitko nikada neće sumnjati da je ovaj naš kuhinjski plamen upaljeni dim, dakle taj dim je i isparavanje, toplo i suho.

O podzemnom plamenu mogao bi ne malo dvojiti netko tko nije tup. Naime, smatraju da se pod zemljom ne može žariti druga tvar, nego zemna smola i sumpor koji se i smradom izdaju. A ti su ili vlažni i masni, tj. zračni, ne drugačije, nego plamen u našim svijećama, voštanim, smolastim, bakljastim, drugim takvima i tako da se može reći da je njihov plamen žar dima vlažnog, masnog, a ne dah suhog.

Ako bi to tko od aristotelovaca da spasi Aristotelovu definiciju (to im je, naime, kad zanemaruju i istinu stvari, najveći posao) tvrdio, da ona vlažna para koja nastaje iz smole, sumpora i ostalih masnoća, biva vatrom isušena, dopustio bih za sada (premda Teofrast ponajviše galami protiv toga) da vidimo kamo ta stvar vodi.

Neka stoga bude, svi plamenovi, ma kojeg roda bili, neka budu isparavanje ili dah topao i suh. Iz razloga ove topline i suhosti rijetki su i lagani i zato se kreću u nebo; a svi pojedini dijelovi kreću se k svojoj cjelini. Cjelina je tih dijelova prema nebu. Dakle, sfera vatre je pod nebom; to smatraju najvaljanijim obrazloženjem da se sferu vatre uvede u prirodu. Tim istim ću <obrazloženjem> ne manje, nego čak valjanije dokazati da je nebo vatra, jer gore i tamo k nebu, svojoj cjelini, teže dijelovi vatre. To osobito podupire moje obrazloženje, sam vid, koji u nebu vidi mnoge tisuće i rodove plamenova i jer nam ništa takvog ne pruža sfera vatre pod nebom. Moj je naime razlog po nalogu učitelja: ἔχει λόγους οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγουσιν, »ima razloge koji govore ono što se slaže s osjetilom«. Reći ću na temelju tog naloga protiv samog nalogodavca i protiv svih njegovih ono što je on sam rekao protiv Parmenida u 1. knjizi *O nastajanju*: [444] »Mimoilazeći osjetilo i ne mareći za njega,



sensum et negligentes ipsum, tamquam oporteat rationem sequi. Quoniam sensum neglexerit ipse et Ocellus putantes oportere dari locum rationi coniugationibus illis qualitatum, quod quidem:<sup>33</sup>  
 In rationibus sane videntur haec accidere, sed in rebus furori simile est  
 5 ita opinari.

Sed promiserant sensibus nostris sphaeram ignis ostensuros ignium sublimium accensione, ascensioneque nostratis ignis eo, nunc rationis argumenta supponunt. Non hoc est profecto principia a sensibus sumere. Neque enim sensu sphaeram illam  
 10 igneam aspicimus, neque hanc flammam illius esse partem, quia genita sit in culina nostra, in specubus subterraneis, neque eam umquam illuc ascendere conspeximus. Quae ergo haec est argumentatio? Si hae flammae partes illius essent, illi aliquando haesissent, huc delapsae aliquando essent et apud nos nobis videntibus, attrectantibus, ex lignis nostris, ex materiebus sub terra  
 15 genitis, locis tanto intervallo ab illa sphaera, ut aiunt, distantibus. Si pars illius ignis haec flamma esset, necesse est eam toti vel antea adhaesisse, vel adhaesituram aliquando. Non antea, quia gignitur apud nos (ut loquuntur) de novo. Non postea haerebit,  
 20 quia dum ascendit, non perdurat nobis videntibus, ut gignitur hic, ita etiam extinguitur, neque ullo eadem manet tempore docente hoc ipsum istarum doctrinarum doctore 2. *Meteoro*, capite 2:<sup>34</sup> *Flamma namque propter continuum humidum et siccum, quae transmutantur, gignitur et non nutritur, non enim eadem existens permanet ullum tempus, ut ita dicam.*  
 25

Quo igitur pacto, si flamma continue gignitur et non eadem permanet ullo tempore, sed continue corrumpitur, pars sphaerae aut fuit, aut erit? Unde prius oportuit eam descendisse, aliquo tempore in lignis, in bitumine latitavisse, modo inde secerni  
 30 atque illuc revolare, quorum omnium prorsus nullum ullo sensu, nec etiam a sensu ducta ratione comprehenditur.

<sup>33</sup> ἐπὶ μὲν τῶν λόγων δοκεῖ ταῦτα συμβαίνειν, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων μανία παραπλήσιον εἶναι τὸ δοξάζειν οὕτως. [ARIST.GC 325a.17–19]

<sup>34</sup> ἡ μὲν γὰρ φλόξ διὰ συνεχοῦς ὑγροῦ καὶ ξηροῦ μεταβαλλόντων γίγνεται καὶ οὐ τρέφεται (οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ οὕσα διαμένει οὐδένα χρόνον ὡς εἰπεῖν), [ARIST. Mete. 355a.9–11]



kao da treba ići <samo> za razlogom.« Jer su on sam <Aristotel> i Okel zanemarili osjetilo, misleći da onim spajanjima kvaliteta treba dati mjesto razlogu, jer zaista: »U razlozima se uistinu čini da se to događa, no u stvarima tako misliti slično je mahnitosti.«

No obećali su da će našim osjetilima pokazati sferu vatre na temelju gorenja vatri u visini i na temelju uzdizanja naše vatre onamo, a sada podmeću obrazloženja razuma. To doista nije: uzeti počela od osjetilā. Niti, naime, osjetilom zamjećujemo onu vatrenu sferu, niti da je ovaj plamen njezin dio, jer je nastao u našoj kuhinji, u podzemnim špiljama, i nismo vidjeli da se on ikada onamo uzdiže. Koje je to obrazlaganje? Da su ti plamenovi njezini dijelovi, držali bi se jednom nje, jednom bi ovamo k nama pali, dok mi to gledamo, dodirujemo, iz našeg drveća, iz stvari rođenih pod zemljom, na mjestima koja su udaljena, kako kažu, tolikim razmakom od one sfere. Da je taj plamen dio te vatre, nužno je da se on ili prije držao cjeline, ili da će se jednom držati. Nije prije, jer se rađa kod nas (kako kažu) iznova. Neće se držati nje kasnije, jer dok se uzdiže, ne traje; jer mi to vidimo – kako se rađa ovdje, tako se također gasi. I ni u kojem vremenu ne ostaje isti, kako to poučava učitelj tih nauka u 2. knjizi *Meteorologije* u 2. poglavlju: »Plamen, naime, nastaje zbog neprekinutog vlažnog i suhog koji se mijenjaju <jedno u drugo>, ne hrani se, da tako kažem, nikada ne ostaje isti.«

Na koji je, dakle, način – ako plamen kontinuirano nastaje i ni u kojem vremenu ne ostaje isti, nego kontinuirano propada – ili bio dio sfere, ili će biti? Odakle je prije trebalo da on siđe, da se neko vrijeme u drvu, u smoli skriva, onda da se izdvoji odatle i da odleti tamo – od svega toga uopće se ništa ne dohvaća nikojim osjetilom, niti razlogom izvedenim iz osjetila.

Ridebunt arguti dicentque non solum cum negantibus principia, sed neque cum ignorantibus ea esse disputandum. Ignorare me bitumen, ceram, ligna, ex quibus flamma emicat, esse corpora mista ex elementis quatuor, inter quae ignis, qui in corruptione misti illius foras evolat, eumque esse eam flammam, quam videmus.

Si ita rideant me, aiam ego eos in principiis ac vestigiis praeceptoris non stare, longe ab eo abire, inconstantes esse. Flammam enim definivit praeceptor ardorem spiritus sicci, non autem ignem ex mistis secretum. Addam hanc esse illam a praeceptore eorum magnopere damnatam principii petitionem, petunt enim modo sibi concedi eum ignem sphaeralem, qui scilicet sit mistorum elementum, quem ego nego. Nego ego principia, negabunt ipsi mecum colloqui, admonebo ego, ne negent praecepta praeceptoris, utantur eius edictis. Principiorum, quae aut negantur, aut obscura sunt, probationes a prima scientia, a dialectica, etiam a sensu petantur. Sic enim edixit in *Analyticis*, in *Topicis*:<sup>35</sup> *Clarum sane est, quod nobis prima inductione cognoscere necesse est. Nam et sensus ita universale ingenerat, et alia multa similia.*

Monstrent ergo nobis in re non abstracta, non universali, sed particulari et sensata, sensu, inductione sphaeralem istum ignem reperiri, mista corpora partem illius habere. Nisi hoc ostendant, vice versa, ridebo equidem, sed in sinu meo, rogaboque: ostendite mihi, obsecro, vos viri admirabiles θαυμαστοιοί, quando concepti estis in utero matris, quando vester Aristoteles, quando pecudes, quando olera vestra generata sunt ex semine, quibus in omnibus dicitis particulam illius ignis esse, quomodo ea istuc descendit? Quo pacto mistionem istorum est ingressa? Hic sane indigetis deo aliquo ἀπὸ μηχανῆς, qui fabulam hanc vestram solvat. Si nec ipsi vos, nec deus iste tragoedorum fautor, serva-

<sup>35</sup> δῆλον δὴ ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα ἐπαγωγῆ γινώσκειν ἀναγκαῖον· καὶ γὰρ ἢ αἰσθησις οὕτω τὸ καθόλου ἐμποιεῖ. [ARIST. APo 100b.3–5]

Smijat će se oštromni i reći će da se ne može raspravljati ne samo s onima koji niječu počela<sup>19</sup>, nego niti s onima koji ih ne poznaju; da ja ne znam da su smola, vosak, drvo iz kojih sukne vatra, tijela miješana iz četiriju elemenata, među kojima je vatra koja u propadanju one mješavine izlijeće i da je to onaj plamen koji vidimo. 5

Ako bi me tako ismijavali, rekao bih da oni ne ostaju kod počela i stopa učiteljevih, da daleko od njega odstupaju, da nisu dosljedni. Naime, učitelj je plamen definirao kao žar suhog daha, a ne kao vatru izdvojenu iz miješanog. Dodat ću da je to ono što je njihov učitelj silno osuđivao: <logička pogreška> zahtijevanje počela<sup>20</sup>. Zahtijevaju čak da im se dozvoli ona sferna vatra, tj. ona koja bi bila element miješanog a koju ja niječem. Niječem ja počela, oni neće htjeti razgovarati sa mnom; upozorit ću ih da ne niječu naloge učitelja, da se služe njegovim propisima. Dokaze počela, koja se ili niječu ili su nejasna, traži prva znanost, dijalektika, a također i osjetilo. Tako je, naime, rekao u *Analitikama*, u *Topici*: »Jasno je da baš prva <počela> moramo spoznavati navođenjem. Naime i osjetilo tako rađa ono opće« – i mnogo drugoga sličnog. 10 15 20

Stoga neka nam osjetilom i navođenjem pokažu u stvari koja nije apstraktna, nije univerzalna, nego partikularna i dostupna osjetilu, da postoji ta sferna vatra, da miješana tijela sadrže njezin dio. Ako to ne bi pokazali, obratno, ja ću se zaista smijati, ali u mojem srcu, i molit ću: pokažite mi, zaklinjem vas muževi koji izazivate divljenje, θαυματοποιοί, kada ste začeti u maternici majke, kada je vaš Aristotel, kada vaša marva, vaše povrće iz sjemena nastalo – u kojim svima kažete da je djelić one vatre – kako je ona onamo sišla? Na koji je način ušla u njihovu mješavinu. Tu uistinu trebate nekog boga ἀπὸ μηχανῆς [sa sprave], da riješi tu vašu priču. Ako ni vi sami, niti taj bog, zaštitnik tragičkih 25 30

<sup>19</sup> Usp. ARIST. Ph. 185a.1–3: ὥσπερ γὰρ καὶ τῷ γεωμέτρῳ οὐκέτι λόγος ἔστι πρὸς τὸν ἀνελόντα τὰς ἀρχάς, ἀλλ' ἦτοι ἑτέρας ἐπιστήμης ἢ πασῶν κοινῆς, οὕτως οὐδὲ τῷ περὶ ἀρχῶν.

<sup>20</sup> Tj. pogreška *petitio principii* koja se naziva i *circulus in demonstrando* ili *circulus in probando*. Pogreška se sastoji u tome da se pretpostavlja ili unaprijed zahtijeva, anticipira ono što tek treba dokazati.

tor ostendant, tunc securius ridebo, non eos quidem, sed ignem illum omnia permiscentem, nullibi se ostendentem. Si vero nec descendentem illum ignem, neque hanc flammam ad eum ascendentem demonstraverint, secure et libere, non ignem illum amplius, sed eos ridebo, qui nullis sensibus id commonstrent, nullis inductionibus, nullis demonstrationibus, obstinate tamen, contra sensum, contra eorum principis edicta ac iussa id contendunt. At, inquiet, adhuc flamma ascendit: quis hoc neget?

Negabo equidem ego sensu testimonium praebente. Afferam cometas multos, circulariter motos, prope [445] nullum sursum elatum, sunt tamen in supremo aere accensi, cui proximum ignem illum fingunt. Cur ergo de proximo loco, ad suum totum non sese receperunt? Columnae, lanceae, candelae, titiones, trabes, quas vocant, in aere accensae, cur numquam ascendunt illuc ad suum totum, sed vel transversim, vel deorsum volitant. Caprae vario motu, huc, illuc saliant? Dracones, stipulae, cerei, portae coeli non sursum evolant? Sed in media vel etiam infima aeris regione consumuntur? Fulmina sideraque volantia ad terram praecipitia feruntur? Flamma illa, quae ab hinc paucis annis totam insulam Iaiial in Atlantico concremavit, ab aere descendit, et is ignis, qui item hoc anno Venetorum accendit navale. Quae infortunia sane non evenissent, si flammae sursum ascenderent.

Aliquid argutiarum excogitabunt: eas quae deorsum feruntur, ab aeris frigiditate impediri saepe, ut sursum ferantur: saepe deorsum impelli. At quae exhalatione, calida scilicet et sicca, in calida superna regione accenduntur, nullo ibi frigore prohibentur. Cur ergo ad ignem non evolant? Deinde reddant rationem. Exhalatio calida et sicca, a terra, perterebratis prima et secunda aeris frigidissimis regionibus, ad tertiam usque antequam inflammetur ascendere potest. Cur post inflammatam addito igne,

pjesnika i spasitelj, to ne bi pokazali, tada ću se sigurnije smijati, ne njima, nego onoj vatri koja sve miješa, a nigdje se ne pokazuje. Ako pak ne dokažu da ta vatra silazi, i da se plamen k njoj uzdiže, neću se više sigurno i slobodno smijati toj vatri, nego onima koji to ne pokazuju nikakvim osjetima, nikakvim navođenjima, 5  
 nikakvim dokazima, a ipak to tvrde tvrdoglavo, protiv osjetila, protiv propisa i naredbi njihovog prvaka. I reći će: do sada se plamen diže, tko to može nijekati?

Ja ću zaista nijekati, jer osjetilo to posvjedočuje. Navest ću mnoge komete koji se kružno kreću, gotovo [445] nijedan se ne 10  
 pomiče prema gore, a zapaljeni su u najvišem zraku, te zamišljaju da mu je najbliža ona vatra. Zašto se, dakle, iz najbližeg mjesta nisu povukli k svojoj cjelini. One koje nazivaju *stupovima, strijelama, svijećama, ugarcima, gredama u zraku*<sup>21</sup>, zapaljene u zraku, 15  
 zašto se nikada ne uzdižu onamo k svojoj cjelini, nego lepršaju ili poprijeko ili prema dolje. Zašto *koze* skaču različitim kretanjem ovamo, onamo? *Zmajevi, voštanice, vrata neba*, zašto ne lete gore, nego se potroše u srednjem ili čak najnižem predjelu zraka? Zašto se *munje i zvijezde koje lete* kreću strmoglavo k zemlji. Onaj 20  
 plamen koji je prije malo godina spalio cijeli otok *Iaial* u Atlantiku, sišao je iz zraka kao i ona vatra koja je te iste godine zapalila venecijansku luku. Te se nesreće svakako ne bi bile dogodile, da su se plamenovi uspinjali u visinu.

Izmislit će neka lukavstva da one koji se kreću prema dolje često hladnoća zraka prijeći kretati se prema gore, da ih često 25  
 potiskuje prema dolje. No one koji se zapaljuju isparavanjem, tj. toplim i suhim u gornjem toplom predjelu, ne prijeći tamo nikakva hladnoća. Zašto, dakle, ne odlete k vatri? Potom bi dali razlog. Isparavanje toplo i suho od zemlje, kad su probijeni prvi i drugi najhladniji predjeli zraka, sve do trećeg, prije nego što 30  
 se upali, može se uzdići. Zašto se nakon što se zapalilo <ispara-

<sup>21</sup> Vatrene stupovi, strijele, svijeće, zmajevi, koze, voštani čepovi, vrata neba nazivi su za različite svjetlosne fenomene na nebu i u zraku, usp. *Meteorologia conscripta a Johanne Garcaeo pastore ecclesiae, Witebergae* 1568; također: Umberto dall' Olmo, Latin terminology relating to aurorae, comets, meteors and novae, *Journal for the History of Astronomy* V. 11, P. 10, 1980.

addita caliditate, siccitate, levitate ascendere non potest? Additis atque auctis ascensionis causis non ascendit absque causis hisce ascendit? Quis hoc monstrum non horrescat? Aut saltem non rideat? Ascendat maxime culinaria flamma, facinaria, aliae ullone  
5 umquam tempore ad sphaeralem ignem perveniunt?

Non est hominum memoriae proditum (liceat et nobis quod licuit Aristoteli, coeli aeternitatem ex hac memoria argutari), secure concludemus ergo, quia id non sit memoriae proditum, nullam flammam illuc usque ascendere: nullum ergo ibi esse ignem  
10 flammae congenerem, nullum ignis totum. Cur enim natura flammae noverca fuit, reliquis elementorum partibus mater? Si gleba descendat, aut gutta, certe et secure et cito ad totum suum perveniret? Si aeris pars aliquando descendat intra aquam aut terram perruptis etiam montium obicibus ingentibus ad suum  
15 totum evolabit, flamma autem maxima potentissimi ignis maxima pars non perfringet tenuissimam aerem, frigiditatem non depellet et ad suum totum ire prohibebitur? Hoc desiderium a natura et minimis et maximis flammis inditum semper frustrabitur? Numquamne suo fine fruetur?

20 Quomodo ergo Aristotelica doctrina docet nullam in natura potentiam esse, quae aliquando ad actum non perveniat: nihil a Deo naturaque rebus inditum, quod frustra sit. At si flamma nulla, vel subterranea, vel superterranea, neque aerea evaserit, aut potuerit, aut possit, aut poterit ad sphaeralem ignem ascendere, nonne omnes fine suo frustrantur? Nonne potentiam habent,  
25 qua numquam fruentur? Si haec in natura, si in Aristotelis philosophia absurda atque impossibilia sunt: ea quoque talia sint, unde haec sequuntur necesse est. Ea autem sunt ascensus flammae (non quidem absolutae, ascendunt enim pleraeque), sed hoc  
30 addito ut toti igni se coniungant. Ex quo et hic finis frustraneus ascensionis eius negandus et ignis ille sphaericus negandus, nisi aliis aut rationibus aut sensibus commonstretur.



vanje>, pošto je dodana vatra, dodana toplina, suhost, laganost, ne može uzdići? Iako su dodani i povećani uzroci uzdizanja, ne uzdiže se, a bez tih se uzroka uzdiže? Tko se ne bi zgražao nad tom nakazom, ili bar smijao? Uzdizao bi se ponajviše plamen iz kuhinje, iz kovačnice, hoće li drugi ikada u neko vrijeme doći do sferne vatre? 5

Nije ostalo u sjećanju ljudi (neka bude dopušteno i nama ono što je bilo dopušteno Aristotelu: brbljati iz tog sjećanja o vječnosti neba), sigurno ćemo, dakle, zaključiti, jer to nije ostalo u sjećanju, da se nikakav plamen sve do tamo nije uzdigao, da tamo ne postoji nikakva vatra srodna plamenu, nikakva cjelina vatre. Zašto je, naime, priroda bila maćeha plamenu, a ostalim dijelovima elemenata majka? Ako bi silazio grumen zemlje ili kap, hoće li pouzdano, sigurno i brzo doći svojoj cjelini? Ako bi dio zraka jednom sišao u vodu ili zemlju, kad se ruše ogromne stijene planina, odletjet će k svojoj cjelini, a najveći plamen, najveći dio najmoćnije vatre neće probijati najtananiji zrak, neće potjerati hladnoću i bit će spriječen otići k svojoj cjelini? Zar će ta želja od prirode dana i najmanjim i najvećim plamenovima, zauvijek biti uskraćena, nikad neće uživati u svojoj svrsi? 10  
15  
20

Kako, dakle, Aristotelov nauk poučava da u prirodi ne postoji nikakva mogućnost koja jednom ne dolazi do akta: nema ničega što su Bog ili priroda dali stvarima što bi bilo uzaludno<sup>22</sup>. Ako pak nijedan plamen, bilo podzeman, bilo nadzeman, niti zračan, nije izašao, ili je mogao ili bi mogao ili će moći uzdići se k sfernoj vatri, neće li svima biti osujećena njihova svrha? Zar imaju mogućnost u kojoj nikada neće uživati? Ako je to u prirodi, ako je u Aristotelovoj filozofiji besmisleno i nemoguće: nužno bi bilo da takvo bude i ono što iz toga slijedi. A to je: uzdizanje plamena (ne zaista potpuno, jer se mnogi uzdižu), nego se to dodaje – da se povežu s cijelom vatrom. Iz toga treba nijekati i tu uskraćenu svrhu njegova uzdizanja i onu sfernu vatru, ako se ne dokaže drugim razlozima ili osjetilima. 25  
30

<sup>22</sup> Usp. ARIST. Cael. 271a.32–33: μάτην γὰρ ὑπόδημα τοῦτο λέγομεν, οὐ μὴ ἔστιν ὑπόδεσις. Ὁ δὲ θεὸς καὶ ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιοῦσιν.



Sed cur flamma ascendit? Inquient, da tu rationem: quia, inquam, mater eius exhalatio ascendit, prout quando mater descendit, descendit et ipsa. Et quando illa oblique fertur fertur et haec motu eodem. Hinc esse aiam tam varios flammaram sublimium discursus. Sic enim vos quoque et princeps vester, quando primo *Meteoro* sic scripsit:<sup>36</sup> *Utrum sicuti sub lucernis posita exhalatio a superiore flamma accendit lucernam inferiorem.*

Liceat ergo exemplo vestro secure ita argumentari: flamma ascendit, ergo ignis sphaera sursum est. Flamma descendit, ergo ignis sphaera deorsum est. Flamma oblique fertur, ergo ignis sphaera oblique sita est. Cur ergo validius argumentum putatis esse ignis sphaeram sursum esse, flammae nostratis ascensum, quam syderis volantis descensum, quam caprae ardentis obliquam saltationem, ignis sphaeram deorsum esse atque etiam obliquam in medio aere esse? Inquient, quia ascensus ille naturalis est, descensus non naturalis est. Nequaquam id, viri sapientes. Sed si exhalatio syderis a capite inferiore accensa primo esset, stella ascenderet, capra e contraria ferretur obliquitate, si contrario a capite, fumus accenderetur, ita nostras flamma, si fumus primo a superiore parte accenderetur, deorsum ad lignum curreret, quod saepius et sponte et [446] studio nostro fit, dum fumus superiore parte accenditur ut a flammula, flamma ad candelam, ad lignum decurrit, quam rem Aristoteles loco modo allato explicavit.

Accidentalis ergo est flammaram et ascensus et descensus et obliquitas. Non ergo licet ex accidentali ascensu ignis sphaeram sursum esse argumentari. Et si liceat ex ascensu, licebit etiam ex descensu eam esse deorsum, et ex obliquitate esse oblique positam.

<sup>36</sup> πότερον ὡσπερ ἡ ὑπὸ τοὺς λύχνους τιθεμένη ἀναθυμίασις ἀπὸ τῆς ἄνωθεν φλογὸς ἄπτει τὸν κάτωθεν λύχνον [ARIST. Mete. 342a.3–5]

No zašto se plamen uzdiže? Reći će: reci ti razlog! Reći ću: zato jer se uzdiže isparavanje, njegova majka, kao <i to>, kad se majka spušta, spušta se i on sam. I kad se ona kreće zakrivljeno i on se kreće istim kretanjem. Reći ću da su odatle tako različita kolebanja plamenova u visini. Tako naime i vi <kažete> i vaš 5  
prvak kad je u 1. knjizi *Meteorologije* napisao ovako: »<dvojio bi netko<sup>23</sup>> da li kao što isparavanje nakupljeno pod svjetiljkama od gornjeg plamena zapaljuje nižu svjetiljku.«

Neka bude dopušteno po vašem primjeru bezbrižno ovako obrazlagati: plamen se uzdiže, dakle sfera vatre je gore. Plamen 10  
se spušta, dakle sfera vatre je dolje. Plamen se kreće zakrivljeno, dakle sfera vatre smještena je zakrivljeno. Zašto, dakle, mislite da je uzdizanje našeg plamena valjanije obrazloženje, da je sfera vatre gore, nego što je silazak *leteće zvijezde*, zakrivljeno poskaki-  
vanje *žareće koze*, da je sfera vatre dolje i da je također zakrivljeno 15  
u sredini zraka. Reći će: jer je to uzdizanje prirodno, a silazak nije prirodan. Nipošto to, mudri muževi. Nego, ako bi isparavanje zvijezda bilo upaljeno prvo od nižeg kraja, *zvijezda* bi se uspinjala, *koza* bi se naprotiv kretala zakrivljeno; ako <bi bilo upaljeno>  
od suprotnog kraja, upalio bi se dim. Tako naš plamen, ako bi 20  
se dim prvo bio zapalio od gornjeg dijela, jurio bi prema dolje k drvu, što češće biva i samo po sebi i našim nastojanjem, [446] kad se dim zapaljuje u gornjem dijelu, kao što od plamička, plamen juri na svijeću, i na drvo. Tu stvar objasnio je Aristotel na mjestu  
upravo navedenom<sup>24</sup>. 25

Akcidentalno je, dakle, i uzdizanje i silazak i zakrivljenost plamenova. Stoga nije dopušteno akcidentalnim uzdizanjem obrazlagati da se sfera vatre nalazi gore. A ako bi bilo dopušteno <obrazlagati> uzdizanjem, bit će dopušteno također i silaskom – da je ona dolje, i zakrivljenošću – da je postavljena zakrivljeno. 30

<sup>23</sup> Umetak <dvojio bi netko> očit je iz onog što prethodi Petrićevom navodu: Usp. ARIST. Mete. 342a.3–5: ἀπορήσειε γὰρ ἂν τις πότερον ὥσπερ ἢ ὑπὸ τοὺς λύχνους τιθεμένη ἀναθυμίασις ἀπὸ τῆς ἄνωθεν φλογὸς ἄπτει τὸν κάτωθεν λύχνον.

<sup>24</sup> Usp. ARIST. Mete. 342a 3–5.

Sed etiam instabunt. Quid igitur fumus, exhalatio, mater flammae nonne ascendit? Si concedam, quid concludetur? Hoc scilicet fumus ascendit, ergo fumi sphaera sursum est. Placetne conclusio haec? Quid ni placeat illis, quandoquidem fumus nil  
5 aliud est, inquier, quam ignis.

Duos ignes ex Theophrasto antea non recusarunt, anthraca et flammam, tertium lumen reiecerunt, nunc ipsi tertium addunt melioris notae, tenebricosum. Cur id? Nempe quod sit ignis non actu, sed potentia: at vestis mea potentia est ignis, ergo vestis  
10 mea est ignis. Aient potentia proxima, ut elenchum fugiant, aiam ego, pulvis pyrius potentia proximior est ignis: ergo hic quartus est ignis, bitumen citius, oleum item citius quam fumus humidi ligni accenditur, ergo bitumen et oleum quintus et sextus iam sunt ignis, ergo horum etiam sphaerae alicubi sunt. Fumus  
15 vero in aerem ascendit, quotidie nec semper accenditur. Ergo aer potius fumus est quam ignis; nam etiam si in aere accendatur, in aere quoque extinguitur. Ex fumi ergo ascensu recte concludemus fumi sphaeram in aere esse, non autem ignis sphaeram supra aerem esse.

Tot ergo sensus testimoniis, tot rationibus a sensu ductis, tot Aristotelicis edictis, tot absurditatibus impossibilitatibus reiiciatur e natura rerum, ignis ista sphaera chimerica quidem longe magis quam sit materia illa prima, quam sit privatio pro  
20 rerum principio constituta. Nam praeter tot rationes ociosa, tam nobilem tantamque regionem occuparet. Nihil enim in universo operabitur, frustra ibi circumvoletur, ac praeter naturam. Id vero non est in Aristotelica philosophia, non in alia ulla meliore concedendum.  
25

Etenim quid aiemus eam sphaeram vel elementum totius mundi esse, vel corpus frustraneum esse omnino? Istiusmodi esse nemo Peripateticorum, nemo hominum concedet. Elementum ergo esto. Et si elementum sit, et compositionis universi et  
30 mitionis inferiorum elementum necesse est esse. Nam et tria reliqua talia sunt, ex Peripati philosophia et ex elementi definitione

Ali također će ustrajati. Zar se, dakle, dim, isparavanje, majka plamena ne uzdiže? Ako dozvolim, što će se zaključiti? Ovo: dim se uzdiže, dakle sfera dima je gore. Sviđa li se ta konkluzija? Zašto se njima ne bi sviđala, kad dim nije ništa drugo, reći će, nego vatra. 5

Dvije vatre po Teofrastu prije nisu odbacili, ugljen i plamen, treću – svjetlo odbacili su; sada sami dodaju treće s boljom oznakom: mračno. Zašto to? Naime zato, jer <dim> nije vatra aktualno, nego u mogućnosti. A moja odjeća u mogućnosti je vatra, dakle, moja odjeća je vatra. Reći će <dim je u mogućnosti vatra> 10 po najbližoj mogućnosti, zato da izbjegnu prividni dokaz.<sup>25</sup> Reći ću ja: barut je po bližoj mogućnosti vatra, dakle, on je četvrta vatra. Smola se brže, ulje još brže zapaljuje nego dim vlažnog drva; stoga smola i ulje već su peta i šesta vatra – dakle i njihove su sfere također negdje. Dim se pak uzdiže u zrak, a ne zapaljuje se 15 svakodnevno niti uvijek. Dakle, dim je prije zrak nego vatra. Ako bi se i upalio u zraku, u zraku se također gasi. Dakle, po uzdizanju dima ispravno ćemo zaključiti, da je sfera dima u zraku, a ne da je sfera vatre iznad zraka.

Stoga zbog tolikih svjedočanstava osjetila, tolikih razloga 20 izvedenih iz osjetila, tolikih Aristotelovih propisa, tolikih besmislenosti i nemogućnosti neka se odbaci iz prirode stvari ta himerička sfera vatre koja je to doista više nego što je <himerička> ona prva materija, nego što je to <himerička> lišenost, uspostavljena kao počelo stvari. Naime, osim tolikih razloga dokono bi 25 zauzimala tako plemenit i tako velik predio, jer ništa neće raditi u sveukupnosti, uzalud će tamo letjeti u krugu i mimo prirode. To se pak ne smije dozvoliti niti u Aristotelovoj filozofiji, niti u ijednoj boljoj.

No, što ćemo reći, da je ona sfera ili element cijeloga svijeta, 30 ili da je uopće uzaludno tijelo? Da je takva nitko od peripatetičara, nitko od ljudi neće dozvoliti. Neka, dakle, bude element. Ako je element, nužno je element sastava sveukupnosti i miješanja nižih <stvari>. Naime, i tri ostala <elementa> takva su po filozofiji peripatetičke škole i po definiciji elementa to joj pripada: postoji 35

<sup>25</sup> elenchos – usp. str. 411. bilj. 17.

id ei competit: inexistit enim utrique et indivisibile est in specie, tum etiam quia ab Aristotele et a reliquo Peripato elementi nomine semper est vocitatum et inter quatuor mundi inferioris numeratum.

5 Si dicant compositionum<sup>v</sup> elementum esse, rogabo: cur Aristoteles, eo argumento ab antiquorum autoritate ducto, supra a nobis allato, in illis verbis:<sup>37</sup> *Omnes enim et qui simplicia corpora elementa faciunt, alii unum, alii duo, alii tria, alii quatuor* – non conclusit quatuor et non quinque esse elementa, quae sensibus obvia  
10 sunt, quae cernuntur ac attrectantur omnia fere: coelum, aerem, aquam, terram. Quae ratio coegit eum, ut 5. ignem sphaeralem poneret, intactilem, invisibilem? Cui enim usui ibi erit?

Ad mundi compositionem – aient. Aio ego, quatuor tantum sufficere ratione Timaeica, ratione Platonica, inter duo extrema  
15 solida, non uno sed duobus mediis opus esse, inter ignem id est, coelum et terram, extrema scilicet duo, aerem et aquam, optimo ac solidissimo vinculo interponi. Ratione eadem Aristotelica, uno contrario in natura posito ponitur et alterum, data terra, quam conspicimus uno contrario, ponitur alterum contrarium – coe-  
20 lum, quem conspicimus: ergo intermedia duo sufficiunt arctissimo extremorum vinculo: aer et aqua. Cur ergo tertium medium imaginarium ponitur nullo sensu testatum? Nullis rationibus veris, a sensibus ductis comprobatum? Alioquin contra rationem suam ostendat hanc necessitatem. Cur ergo, sine necessitate, sine  
25 ratione, sine sensu contra sensum universorum hominum, con-

<sup>37</sup> Ἀπαντες γὰρ <καὶ> οἱ τὰ ἀπλᾶ σώματα στοιχεῖα ποιῶντες οἱ μὲν ἓν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρία, οἱ δὲ τέτταρα [ARIST. GC 330b.7–9]

<sup>v</sup> Corr. ex compositionem

u jednom i drugom <u sastavu sveukupnosti i u miješanju nižih stvari> i nedjeljiva je s obzirom na vrstu; također i zato jer ju Aristotel i ostala peripatetička škola uvijek naziva imenom elementa i ubraja između četiri <elementa> nižeg svijeta.

Ako bi rekli da je element sastavā, pitat ću, zašto Aristotel 5  
onim obrazloženjem izvedenim iz autoriteta starih, koje smo  
gore naveli ovim riječima: »Svi, naime, i oni koji jednostavna tije-  
la čine elementima, jedni jedan, drugi dva, treći tri, četvrti četiri.«  
– nije zaključio da ima četiri, a ne pet elemenata, koji su dostupni  
osjetilima, koji se razabiru i svi se zamjećuju: nebo, zrak, voda, 10  
zemlja. Koji ga je razlog prisilio da postavi petu sfernu vatru,  
koja se ne može dotaknuti, koja je nevidljiva? Čemu će tamo ko-  
ristiti?

Reći će: za sastav svijeta. Ja kažem da je dovoljno samo četiri,  
na temelju Timejeva razloga, na temelju Platonova<sup>26</sup> razloga: iz- 15  
među dviju čvrstih krajnosti nije potrebno da se najboljom i naj-  
čvršćom vezom umetne jedno nego dva u sredini, između vatre,  
tj. neba i zemlje dvije krajnosti: zrak i voda. Iz istog Aristotelova  
razloga: kad je postavljeno u prirodi jedno kontrarno, postavlja  
se i drugo<sup>27</sup>. Kad je dana zemlja koju vidimo kao jedno kontrar- 20  
no, postavlja se drugo kontrarno, nebo koje <također> vidimo;  
dakle, dva srednja su dovoljna za najčvršću vezu krajnosti: zrak  
i voda. Zašto se, dakle, postavlja treće u sredini, imaginarno, ne-  
utvrđeno nikojim osjetilom, nepotvrđeno nikojim istinitim razlo-  
zima izvedenim iz osjetila? Inače neka pokaže tu nužnost protiv 25  
svojeg razloga. Zašto se, dakle, bez nužnosti, bez razloga, bez

<sup>26</sup> Usp. PLAT, Tim 32.a.7–b.8: εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μὲν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τὰ τε μεθ' αὐτῆς συνδεῖν καὶ ἑαυτήν, νῦν δὲ στερεοσειδῆ γὰρ αὐτὸν προσήκειν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ αἰεὶ μεσότητες συναρμόττουσιν· οὕτω δὲ πυρὸς τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θείει, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνά τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅτιπερ πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅτι αἴρ πρὸς ὕδωρ, ὕδωρ πρὸς γῆν, συνέδησεν καὶ συνεστήσατο οὐρανὸν ὄρατὸν καὶ ἀπτόν.

<sup>27</sup> Usp. ARIST. Cael. 286a.23



tra rationem propriam, contra leges, contra edicta propria entia multiplicantur?

Quatuor ergo sunt et non quinque universi huius compositionis elementa. Quatuor enim satis superque sunt. Coelum luminis et calore manifestis pater est omnis generationis. Aer vehiculum eorundem atque instrumentum est. Aqua et terra mater. Ignis ille neque manifestis, neque occultis qualitatibus usui est generationi, non vehiculo, non instrumento, non denique matre. Quid ergo ibi frustratorius residet? Ut scilicet nobis magna negotia praebeat delirantibus salvare, quomodo illi motus in circuitum raptu lunaris orbis conveniat, non natura, non praeter naturam, sed quodam praeter haec secundum naturam, quem acuties Simpliciana reperit, ut posterorum ingenia torqueret contra Aristotelis praescripta, qui nullos praeter duos reperit in elementis motus: naturalem vel [447] violentum.

Facessat ergo de eo loco, hoc quidem merito, quod non sit compositionis universi elementum. Facessat etiam secundo illo, quod non sit mixtionis elementum. Nam si mixtionis elementum esse vellet, oporteret eum mixtum ingredi. Sic enim elementum definiebatur? Elementum dicitur, ex quo primo inexistente com-

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU



osjetila, protiv mišljenja svih ljudi, protiv svog vlastitog razloga, protiv zakonā, protiv vlastitih propisa umnažaju bića?<sup>28</sup>

Neka bude četiri elementa sastava ove sveukupnosti, a ne pet. Četiri je dosta i previše. Nebo je, jer su svjetlo i toplina oči-  
ti, otac sveg rađanja. Zrak je njihov prenositelj i oruđe. Voda i  
zemlja su majka. Ona vatra niti je po očitim, niti po skrivenim  
kvalitetama na korist rađanju, niti kao prenositelj, niti kao oru-  
đe, niti konačno kao majka. Zašto tamo uzaludno boravi, tj. da  
nama zadaje velike poslove da mahnito spašavamo na koji joj na-  
čin otmicom Mjesečevog kruga<sup>29</sup> odgovara kretanje u kruženju,  
<kretanje> ni prema prirodi, ni mimo prirode, nego je na neki  
način ono mimo <prirode> ono u skladu s prirodom<sup>30</sup>, koje je  
pronašla Simplicijeva domišljatost, da bi mučila umove kasnijih,  
protiv Aristotelovih uputa, koji je u elementima pronašao samo  
dva kretanja: prirodno i nasilno. [447]

Neka se, dakle, makne s tog mjesta doista zbog te krivnje, jer  
nije element sastava sveukupnosti. Neka se također makne zbog  
one druge <krivnje>, jer nije element miješanja; naime da hoće  
<sferna vatra> biti element miješanja, trebala bi ući u tu mješavi-  
nu. Zar se tako definirao element? *Elementom se naziva ono iz čega*

<sup>28</sup> Propis glasi: »Entia non sunt multiplicanda praeter necessitatem [ili] sine necessitate« – a navodi se kao Ockhamova britva. Godine 1645. formulirao ga je Johannes Clauberg (1622–1665). U obliku »non sunt multiplicanda entia sine necessitate« izložio ga je 1639. Johannes Poncius.

<sup>29</sup> Usp. SIMPLICIUS, in Cael. 7.37.17–22: ὅτι οὐτε ἄνω δύναται κινεῖσθαι τὸ ὑπέκκαυμα ἀπτόμενον τῆς σεληνιακῆς σφαίρας οὔτε κάτω κατὰ φύσιν. δῆλον δέ, ὅτι τοῦ ὅλου ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ κύκλῳ κινουμένον μέρη φησὶν αὐτοῦ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω κινεῖσθαι, ὡς δηλοῖ ἢ ὑπ' αὐτοῦ πρότερον ἐκτεθεῖσα τοῦ Ἀλεξάνδρου ῥῆσις: οὔτε γὰρ ἀπλῶς, φησί, κινεῖται κύκλῳ τήνδε τὴν κίνησιν τό τε πῦρ καὶ ὁ ἀήρ, οὔτε ἐπ' εὐθείας, ἀλλὰ μικτήν· Usp. također: SIMPLICIUS, in Cael. 7.42.22–24: εἴρηται δὲ πρότερον πολλάκις, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ ὑπέκκαυματος ἴδιος ἢ κύκλῳ κίνησις, ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν αὐτὴν κινεῖται τὴν ἑαυτοῦ τῷ οὐρανῷ συμφερόμενον·

<sup>30</sup> Usp. SIMPLICIUS, in Cael. 7.37.17–7.38.2. Simplicijevi termini su sljedeći: κατὰ φύσιν, παρὰ φύσιν, ὑπὲρ φύσιν. Petrićev termin *natura* prijevod je od φύσει, *praeter naturam* od παρὰ φύσιν, a *secundum naturam* od ὑπὲρ φύσιν. Simplicijev termin: ὑπὲρ φύσιν Petrić uopće ne navodi.

ponitur. Opus ergo est, ut mistum ingrediatur, ita ut caeteris  
inexistentibus uniatur. Est enim mistio, ait magister, *unio alte-*  
*ratorum*. Unire autem nequit, nisi appropinquet primo, deinde  
contingat, tangendo agat et patiatur, agendo et patiando altere-  
5 tur, alteratum aliis uniatur. Hoc enim est dogma principis primo  
*De ortu*.

Necesse est ergo, si propinquare huc vult, loco moveatur, de  
sphaera sua digrediatur, ad miscenda descendat, miscenda au-  
tem omnia in terra et aqua sunt ex praeceptoris traditionibus:  
10 in aere non nisi imperfecta, in coelo nulla. Aer autem et aqua et  
terra infra ignem illum collocantur. Descendat ergo necesse est  
ignis ille, si cum reliquis misceri vult. Quomodo ergo descen-  
dit? Vimne suae naturae sibi ipsi infert? Natura sua sursum, ait  
Aristoteles, movetur. Quo ergo modo ad misionem inferorum  
15 horum movebitur? Naturane an vi coactus? Neque enim alio ullo  
motu quidquam movetur, nisi quis novus nobis Simplicius affin-  
gat illud *secundum naturam*.

Concedamus in praesentia istud figmentum. Et rogemus  
effectorem, spontene sua id agat ignis an alterius impulsu? Si  
20 sponte propria, tum dabitur igni consilium, electio, ratio, anima.  
Quae tamen omnia elementis omnibus magister denegavit. Im-  
pulsu ergo alterius. An vi naturae providentis? An ratione atque  
impetu coeli? Asseruit Simplicius aliique Aristotelici rotationem  
coelestem secum rapere et ignis sphaeram et aeris partem, quae  
25 altissimis montibus supereminet, atque in gyrum agere eumque  
motum secundum naturam vocavere non concedente ac recla-  
mante praeceptore, qui 3. *De coelo* sic scripsit:<sup>38</sup> *Etsi multi sint*  
*praeter naturam secundum naturam unus, secundum naturam enim*  
*simpliciter, praeter naturam vero habet multos unumquodque*. Qui-  
30 bus verbis sane Simplicii figmentum uti abortum reiicietur, idem

<sup>38</sup> καὶ εἰ πολλαὶ αἱ παρὰ φύσιν, τὴν κατὰ φύσιν μίαν· κατὰ φύσιν  
μὲν γὰρ ἀπλῶς, παρὰ φύσιν δ' ἔχει πολλὰς ἕκαστον. [ARIST. Cael.  
300a.25–27]

se prvog u-postojećeg <nešto> sastavlja<sup>31</sup>; treba, dakle, ući u mješavinu tako da se sjedini s ostalim u-postojećim. Mješavina je, kaže učitelj, ujedinjavanje promjenljivog<sup>32</sup>; a može ujedinjavati samo tako da ga prvo približi, zatim dodirne, dotičući ono djeluje i trpi, djelujući i trpeći mijenja se, a promijenjeno ujedinjuje se s drugima. To je nauk <njihova> prvaka u 1. knjizi *O nastanku*. 5

Nužno je, dakle, ako se želi ovamo približiti, da se pokrene s mjesta, siđe sa svoje sfere, da se spusti k onome što treba pomiješati; a sve ono što treba pomiješati na zemlji je i u vodi, po predanju učitelja; u zraku je samo nesavršeno <ono što treba pomiješati>, u nebu nikakvo; zrak, voda i zemlja smješteni su ispod one vatre, nužno je, dakle, da ta vatra siđe, ako se želi miješati s ostalima. A kako silazi? Da li vrši nasilje nad svojom prirodom, sama nad sobom? Po svojoj prirodi, kaže Aristotel, kreće se prema gore. Na koji će se, dakle, način kretati da bi se ono donje miješalo? Po naravi ili silom prisiljena? Ništa se, naime, ne kreće nijednim drugim kretanjem, osim ako nam neki novi Simplicije ne izmisli ono: *u skladu s prirodom*. 10 15

Priznajmo za sada tu izmišljotinu i pitajmo tvorca, da li vatra to čini svojevolumno ili poticajem nekog drugog? Ako sama vlastitom voljom, tada će vatri biti dano promišljanje, izbor, razbor, duša. Sve to je učitelj poricao svim elementima. Dakle, poticajem drugoga. Da li silom prirode koja predviđa, da li razborom i poticajem neba? Tvrдио je Simplicije i drugi aristotelovci da nebesko kruženje sa sobom povlači i sferu vatre i dio zraka koji je iznad najviših planina i da ih vrti u krug. To su kretanje zvali *u skladu s prirodom*, premda to ne dopušta i suprotstavlja se učitelju koji je u 3. knjizi *O nebu* ovako napisao: »Prenmda su mnoga <kretanja> mimo prirode, u skladu s prirodom je jedno. Naime u skladu s prirodom je jednostavno <kretanje>, mimo prirode pak svako <pokretljivo> ima u sebi mnoga <kretanja>.« Ovim će se riječima uistinu odbaciti Simplicijeva izmišljotina kao poba- 20 25 30

<sup>31</sup> Nema grčkog i nije pisano kao citat, ali jest citat. Usp. ARIST. *Metaph* 1014a.26–27: Στοιχείον λέγεται ἐξ οὗ σύγκειται πρῶτου ἐνυπάρχοντος ἀδιαϊρέτου.

<sup>32</sup> Usp. ARIST. *GC* 328b.22: ἡ δὲ μίξις τῶν μικτῶν ἀλλοιωθέντων ἐνωσις.

enim praeceptori suo est φύσει καὶ κατὰ φύσιν, *natura et secundum naturam*. Atque hunc esse unicum unicuique elemento motum. Igni vero is idem praeceptor deputavit motum a medio sursum. Non est ergo motus raptus secundum naturam.

5 Idem enim esset cum eo, qui φύσει, *natura* est, et idem cum recto. De numero ergo eorum est, qui sunt παρὰ φύσιν, *praeter naturam*.

Sed utamur largitate. Condonemus Simplicio caeterisque ignem illum duos habere motus: secundum naturam et natura, 10 rectum a medio a seipso, circularem a coelo. Tertium vero istum ad medium, quo in mistionem nostratium rerum descendit, quo nomine quave praerogativa dignabimur? Si dicamus eum φύσει, *natura* et κατὰ φύσιν, *secundum naturam* esse, Aristotelicis sentiis rem contrariam dicemus, qui unicum simplicibus corpo- 15 ribus motum tribuit. Et nos iam ternos damus. Et praeter hoc etiam duos alterum alteri contrarios, priorem a medio et hunc ad medium.

Si dicamus eum non a natura propria pelli, tunc fatebimur violentum esse. Quod Aristoteles fatetur 1. *Meteoro*:<sup>39</sup> *Eo quod circumdans ignis aerem rarefacere motu saepe et ferri deorsum violenter.* 20 At rogabo ego, ut primo modum commonstret, quo motus circularis coeli rectum possit causare motum? Donec id non ostendatur, nequaquam ei fidem habebo. Si quo id modo ostendant, rogabimus an totam ignis sphaeram rotatio illa detrudat an vero 25 partes ipsius.

Totam non puto ausuros dicere, partes audebunt, id enim etiam praeceptor in negotio caloris hoc generati autumavit. Tunc rogare non cessabo, quas partes ea rotatio detrudat maximasne vel minimas? Proximiores rotationi an vero remotas? Et cur potius 30 hasce quam illas, cum omnes similes sint omnino, unius ponderis, unius qualitatis. Si detrusionem istam partium coelo non dent, sed Naturae providenti, intelligentiae, ut vocant, non erranti, uti rerum mistioni ac generationi sit provisum, tunc

<sup>39</sup> διὰ {τὸ} τὸ περιέχον πῦρ τὸν ἀέρα διαρραίνεσθαι τῇ κινήσει πολλάκις καὶ φέρεσθαι βίᾳ κάτω. [ARIST. Mete. 341a.30–31]

čaj. Isto je, naime, njegovom učitelju φύσει καὶ κατὰ φύσιν – *po prirodi i u skladu s prirodom* – i da je to svakom elementu jedino kretanje. Vatri je pak taj isti učitelj dodijelio kretanje od središta prema gore. Nije, dakle, oteto kretanje<sup>33</sup> *u skladu s prirodom*. Isto bi bilo s onim koji je φύσει – *po prirodi i isto s pravocrtnim*. Stoga <oteto kretanje> pripada broju onih <kretanja> koja su παρὰ φύσιν – *mimo prirode*. 5

No poslužimo se širokogrudnošću. Dopustimo Simpliciju i ostalima da ta vatra ima dva kretanja: *u skladu s prirodom i po prirodi*; pravocrtno *od središta* – *po sebi i kružno* – *po nebu*. Treće pak <kretanje>, ono *k središtu* kojim silazi k miješanju naših stvari, kojim ćemo imenom i kojom oznakom udostojati? Ako bismo rekli da je ono <kretanje> φύσει – *po prirodi i κατὰ φύσιν* – *u skladu s prirodom*, reći ćemo stvar suprotnu Aristotelovim mislima koji je jednostavnim tijelima pripisao jedno jedino kretanje. A mi već dajemo tri, a osim toga, također dva <kretanja> jedno drugome kontrarno; prvo od središta i ovo prema središtu. 10 15

Ako bismo rekli da ga ne tjera vlastita priroda, tada ćemo priznati da je nasilno. To Aristotel priznaje u 1. knjizi *Meteorologije*: »Zbog toga što vatra koja okružuje često prorjeđuje zrak kretanjem, i na silu biva nošena prema dolje.<sup>34</sup>« A ja ću pitati da prvo pokažu način na koji kružno kretanje neba može uzrokovati pravocrtno kretanje. Dok se to ne pokaže, nikada u to neću povjerovati. Ako to na neki način pokažu, pitat ćemo, da li to kruženje pomiče cijelu sferu vatre, ili pak njezine dijelove. 20 25

Ne mislim da će se usuditi reći – cijelu, dijelove – to će se usuditi. To je, naime, također učitelj mislio u raspravi o toplini da se događa. Tada neću prestati pitati, koje je dijelove to kruženje pomaklo, da li najveće ili najmanje, one koji su bliži kruženju ili one koji su udaljeni? I zašto radije ove nego one – kad su svi sasvim slični, jedne težine, jedne kvalitete? Ako ne bi dali to pomicanje dijelova nebu, nego prirodi koja provida, koju zovu inteligencijom koja ne luta, da se brine za miješanje stvari i za nastajanje, 30

<sup>33</sup> Usp. SIMPLICIUS, in Cael. 7.37.17–18: τὸ ὑπέκκαυμα ἀπτόμενον τῆς σεληνιακῆς σφαίρας

<sup>34</sup> Prevedeno s grčkog.

quaeram, ut opinionem hanc Aristotelicam esse mihi ostendant. Si id nequeant (ut mihi persuadeo eos non posse), clare asseram eorum id commentum esse, de praeceptoris via digressos, attamen admittendos siquid verae rei asserant.

5        Esto, natura, intelligentia non errans ab ignis sphaera partes  
vel particulas, quas libuerit avellat, descendere faciat, ut mistio  
fiat atque inde generatio. Dubio procul si ad terram descende-  
rint, partes istae per aerem medium necesse est pertransisse. Non  
negabunt, opinor.<sup>vi</sup> [448] Tum rogo, quomodo transierint tanto  
10    intervallo vi atque contra naturam propriam? Contra aeris tanti  
vim, tantillae ipsae? Contra praeceptum praeceptoris, qui ignem  
ibi locavit, hac conditione ac lege scripta 4. *De coelo*:<sup>40</sup> *Sicuti nec*  
*terra sursum, nec ignis deorsum it subtracto etiam aere*. Quod si ve-  
rum est, nullo modo descendit vel ipse vel ipsius ullae partes, si  
15    congeneres toti sint. Et si descendunt, maximam vim patiuntur.  
Integer tamen tanto spacio perdurat, nec enim ignis iam esset, si  
corrumperetur.

Quomodo ab aere ea regione frigidissimus asseritur, non  
corrumpitur? Cum ignem nostratem videamus et maximum et  
20    minimum in aere a nobis haud procul prorsus extingui, ipse vero  
et calidus et siccus pusillus a tam frigido, a tam humido, a tam  
magno corpore, contraria omnia perfringens ad nos usque, imo  
etiam sub terram, sub aquam ipsam penetrat illaesus.

Si asserant intelligentiam non errantem eum tueri et incor-  
ruptum conservare, rogabo cur eadem mater intelligentia non  
25    miseretur totius nostratis ignis? Qui perpetuis temporibus obe-  
diens legibus ab ea sibi datis omnibus nititur viribus, ut ad to-  
tum suum ascendat: numquam tamen illi vel semel datum, ut  
eo posset se recipere, ut ibi conservaretur, cum in aere omnino  
30    cogatur emori. Cum tamen illi intelligentiae facilius negotium  
futurum esset, nostrati per aerem viam aperire, naturae vi ascen-  
denti quam sphaerali illi contra naturam descendenti.

<sup>40</sup> Ὅσπερ δὲ οὐδ' ἡ γῆ ἄνω, οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω εἶσιν ὑφαιγουμένου τοῦ ἀέρος. [ARIST. Cael. 312b.14–15]

<sup>vi</sup> Del. Non negabunt opinor.



tada ću tražiti da mi pokažu da je to Aristotelova misao. Ako to ne bi mogli (kao što sam uvjeren da to ne mogu) jasno ću tvrditi da je to njihova zamisao, da su sašli s učiteljeva puta; ipak da im treba biti dopušteno, ako iznesu nešto istinito.

Neka bude, priroda, inteligencija koja ne luta neka trga od sfere vatre dijelove ili djeliće koje bude htjela, neka čini da oni silaze, da nastane miješanje i odatle nastajanje. Bez sumnje, ako su sišli na zemlju, nužno je da su ti dijelovi prošli kroz sredinu zraka. Neće nijekati, mislim.<sup>35</sup> [448] Tada pitam, kako su prošli kroz toliku udaljenost, na silu i protiv vlastite prirode? Protiv sile tolikog zraka, ti <djelići vatre> tako maleni? Protiv naloga učitelja koji je ondje smjestio vatru, napisavši taj uvjet i zakon u 4. knjizi *O nebu*: »Kao što ni zemlja ne ide prema gore, niti vatra ne ide prema dolje kad se zrak povlači.« Ako je to istinito, ni na koji način ne silazi niti ona sama, niti ikoji njezini dijelovi ako su svi istorodni. I ako silaze, trpe najveću silu. Ipak cijela <vatra> traje na tolikom prostoru, jer ne bi bila više vatra, ako bi propadala.

Kako ne propada od zraka? Kad u onom predjelu za koji se tvrdi da je najhladniji, vidimo da se naša vatra i najveća i najmanja potpuno gasi u zraku nedaleko od nas. Ona sama <vatra>, i topla i suha, sasvim mala – od tako hladnog, tako vlažnog, tako velikog tijela – probijajući sve kontrarno, neozlijeđena prodire sve do nas, čak i pod zemlju i pod samu vodu.

Ako bi tvrdili da ju inteligencija koja ne luta, štiti i nepropalu čuva, pitat ću zašto se ista majka inteligencija ne smiluje cijeloj našoj vatri? Ona u vječnim vremenima, pokorna zakonima koje joj je dala, <svim> silama nastoji se uzdići k svojoj cjelini; ipak joj nikada, ni jedanput nije dano da se može tamo povući, da se tamo sačuva, jer je prisiljena potpuno umrijeti u zraku; premda bi toj inteligenciji bio lakši posao da našoj <vatri>, koja se silom prirode kroz zrak, otvori put, nego onoj sfernoj <vatri> koja silazi protiv prirode.

<sup>35</sup> Ponovljena rečenica na sljedećoj stranici.

Deinde quaeram, an istum descensum ullo umquam sensu testatum habeant? An experientia ulli umquam hominum compertum sit? Si afferant Prometheum, aiam ego eum ignem coelestem fuisse et non sphaeralem. Si experimento compertum non habeant, obiiciam illis Aristotelicum illud. Imbecillis esse intellectus ob rationem sensum omittere.

Neque tamen asperror, intelligentiam non errantem amplector, non quam ipsi ponentes non intelligunt, quae sit, nec ex Aristotele eruunt, sed ipsi sibi fingunt: at aliam, quam minus multo etiam intelligunt. Sed aio eam res ipsas promptis ac obedientibus sibi legibus gubernare, proprias cuique rei condiciones tribuisse, quibus non vis, non violentia ulla inferatur, ad propria obeunda munera.

Itaque negamus intelligentiam istam, quae profecto numquam errat, semper hos committere errores, ut partibus sphaeralis ignis vim tam violentam perpetuo inferat, ut tanto itinere contra impetum a se illis tributum compellat descendere, ut rerum generationi inserviat, cum sibi alia superesse possit via, etiam melior, etiam salubrior ad res generandas. Autumamus enim sine igne sphaerali illo, sine igne ullo, qualis ignis in Peripato calet generationem rerum et posse effici et effici omnino, ut nullo modo aut effici aut posse, si ignis Peripateticus ullus mistionem ingrediatur.

Quid enim sphaeralis ignis, eiusdemne est naturae cum nostrate? Vel ab eo diversus? Si diversus, quale fuit argumentum illud? Ex nostratis ignis naturae differentis ignem illum sursum locum tenere? Quomodo ad suum totum ascendebat, cum quo nihil habebat rei? Si vero cum nostrate eiusdem sit naturae, procul omni dubio mistionem ingredietur nullam, nullo enim corpori vel vivo vel exanimi nostras hic miscetur: qui non gignitivam, sed corruptivam vim habeat, cuicumque rei haeserit, eam statim corrumpens, nullam aliam generans quam cinerem. Atque ideo eum nullus<sup>vi</sup> umquam philosophorum in elementorum numerum cooptavit. Si igitur talis sit sphaeralis quoque, non erit aptus rerum mistioni. Atque ideo non erit mistionis elementum.

<sup>vii</sup> Corr. ex nullis

Zatim ću pitati, imaju li taj silazak potvrđen ikada ikakvim osjetom, je li to ikada itko od ljudi doživio u iskustvu? Ako bi naveli Prometeja, reći ću da je ta vatra bila nebeska, a ne sferna. Ako ne bi imali doživljeno u iskustvu, prigovorit ću im ono Aristotelovo: da je neosnovano zbog razloga razuma odbaciti osjetilo.<sup>36</sup> 5

Ipak ne odbacujem inteligenciju koja ne luta, grlim je; ne onu koju sami postavljajući ne spoznaju koja je, i ne izvode ju iz Aristotela, nego ju sami sebi izmišljaju; naprotiv drugu, koju još manje spoznaju. No, kažem da ona vlada nad samim stvarima očitim zakonima koji joj se pokoravaju; da je dodijelila svakoj stvari vlastite uvjete, kojima im se ne nanosi sila, ni ikakvo nasilje da preuzmu svoje zadaće. 10

Stoga nijećemo da ta inteligencija, koja uistinu nikada ne luta, uvijek čini pogreške da dijelovima sferne vatre neprestano nanosi tako nasilnu silu, da ih tjera silaziti tolikim putem protiv poticaja, koji im je ona dala, da bi poslužila nastajanju stvari, iako joj može biti dovoljan drugi put i bolji i s više prednosti za nastajanje stvari. Mislimo, naime, da se bez one sferne vatre, bez ikakve vatre kakva je vatra poznata u peripatetičkoj školi, nastajanje stvari može postići i da se uopće i postiže, kao što se ni na koji način ne postiže, niti može, ako bi ikakva peripatetička vatra ušla u miješanje. 15 20

Da li je sferna vatra iste naravi s našom <vatrom>, ili je od nje različita? Ako je različita, kakvo je bilo ono obrazloženje, da po našoj vatri, koja se razlikuje po prirodi, ona vatra gore zaposjeda mjesto? Kako se uzdizala k svojoj cjelini, s kojom nema ništa zajedničko? Ako pak ima istu narav kao naša, bez svake sumnje neće ući ni u kakvu mješavinu; ni s kojim živim ili neživim tijelom ne miješa se ova naša <vatra> koja nema rađajuću nego upropašćujuću silu, jer kojoj god stvari priđe, nju odmah upropaštava, ne rađa ni jednu drugu osim pepela – i stoga je nitko od filozofa nikada nije uveo u broj elemenata. Ako bi, dakle, takva bila i sferna <vatra>, neće biti prikladna za mješavinu stvari i stoga neće biti element mješavine. 25 30

<sup>36</sup> Usp. ARIST. Ph. 253a.32–34: καὶ τούτου ζητεῖν λόγον ἀφέντας τὴν αἴσθησιν, ἀρρωστία τις ἔστιν διανοίας.

Si alterius naturae erit, ad priorem rationem istud addam, quia rarissimum praedicant neque ibi ardere neque comburere (quod nullo sensu tamen comprobant), si huc descendit machina ulla materieb<sup>5</sup>us terreis, aqueis, aereis iunctum, necesse esse crascescere vimque comburendi, destruendi corrumpendique acquirere, proptereaque mistioni ineptum evadere.

Neque argumentum illud 1. *De elementis* capite 3. satis est potens ad astruendum ignem mistionis elementum esse, quia ex mistis eliciatur:<sup>41</sup> *In carne enim et ligno et unoquoque talium inest* 10 *potentia ignis et terra manifesta enim haec ex illis secernuntur.* Neque enim ignis ex ligno et carne excernitur, sed in ligno et carne generatur, accedente namque extrinsecus ligno vel carni, igne aliquo actu, vis eius divisiva et penetrans in carne et ligno corripit vel aqueam vel aeream partem, quae in eis inest eamque accendit: 15 atque ita non ignis, qui in ligno erat elicitur, sed materia, quae ignescere apta erat, ignis fit. Scio argumentum hoc antequam Aristotelis Hippocratis fuisse, post Aristotelem fuisse Galeni, fuisse et esse Peripateticorum ac medicorum omnium Hippocraticorum. Quorum et auctoritati et rationi paucis his verbis in 20 praesentia responsum volo.

Argumento vero alio ab animalium calore [449] sumpto, qui non sit aliud quam ab igne, neutiquam cedimus: sed cum Aristotele, Philopono, Averroë quoque, cum Pythagoreis, cum veteri-

<sup>41</sup> Ἐν μὲν γὰρ σαρκὶ καὶ ξύλῳ καὶ ἐκάστῳ τῶν τοιούτων ἔνεστι δυνάμει πῦρ καὶ γῆ· φανερὰ γὰρ ταῦτα ἐξ ἐκείνων ἐκκρινόμενα. [ARIST. Cael. 302a.21–23]

Ako bude druge naravi, prijašnjem razlogu dodat ću ovo: budući da je najrjeđa, kažu da tamo niti gori niti zapaljuje (što ipak ne dokazuju nikojim osjetilom), a ako ovamo silazi ikakvom spravom, povezana sa zemljanim, vodenim i zračnim tvarima, nužno je da postane gušća i da dobije snagu zapaljivanja, uništavanja, upropaštavanja – i stoga da postane neprikladna za mješavinu. 5

Ni ono obrazloženje iz 1. knjige *O elementima* u 3. poglavlju, nije dovoljno jako da utvrdi da je vatra element miješanja, jer se iz miješanoga može izdvojiti: »U mesu i drvu i u svakom takvom pojedinom prisutna je vatra i zemlja u mogućnosti. Očito se to iz njih izdvaja.« Niti se vatra izdvaja iz drva i mesa, nego nastaje u drvu i mesu; naime, kad izvana pristupi drvu ili mesu neka aktualna vatra, njezina razdvajajuća sila, koja prodire u meso i drvo, zgrabi ili vodeni ili zračni dio koji je u njima i zapali ga. I tako se ne izdvaja vatra koja je bila u drvu, nego tvar koja je bila prikladna da se zapali, postaje vatra. Znam da je to obrazloženje prije Aristotela<sup>37</sup>, bilo Hipokratovo<sup>38</sup>, poslije Aristotela bilo je Galenovo<sup>39</sup> i bilo je i jest <obrazloženje> peripatetičara i svih liječnika hipokratovaca. Želim sada s ovo malo riječi odgovoriti njihovom autoritetu i razlogu. 10 15

Nipošto pak ne popuštamo drugom obrazloženju, uzetom po toplini životinja [449] koje nije ništa drugo nego <argument> po vatri, nego tvrdimo s Aristotelom<sup>40</sup>, Filoponom<sup>41</sup>, Averoesom 20

<sup>37</sup> Usp. ARIST. Cael. 302a.21–22: Ἐν μὲν γὰρ σαρκὶ καὶ ξύλῳ καὶ ἐκάστῳ τῶν τοιούτων ἔνεστι δυνάμει πῦρ καὶ γῆ·

<sup>38</sup> PSEUDO-HIPPOCRATES, Περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου, 289.17–18: Συνέστηκεν ὁ κόσμος ἐκ στοιχείων τεσσάρων, οἷον πυρὸς, ἀέρος, ὕδατος, γῆς·

<sup>39</sup> Usp. GALENUS Med. De elementis ex Hippocrate libri II, 1.456.9–13: καὶ γὰρ ὄσπρια καὶ καρποὶ πάντες ἐκ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων γεγόνασιν· καὶ τούτων τὰ ζῶα καὶ γεννᾶται καὶ τρέφεται καὶ αὐξάνεται καὶ χρῆθαι θαρρύντως ἀποφαίνεσθαι γῆν καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ καὶ ἀέρα πάντων εἶναι κοινὰ καὶ πρῶτα στοιχεῖα.

<sup>40</sup> Usp. ARIST. GA 737a.1–7: διὸ πῦρ μὲν οὐθὲν γεννᾷ ζῶον, οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον ἐν πυρρῶν οὐτ' ἐν ὑγροῖς οὐτ' ἐν ξηροῖς οὐθὲν· ἢ δὲ τοῦ ἡλίου θερμότης καὶ ἡ τῶν ζῶων οὐ μόνον ἢ διὰ τοῦ σπέρματος, ἀλλὰ καὶ τι περίττωμα τύχη τῆς φύσεως ὃν ἕτερον, ὅμως ἔχει καὶ τοῦτο ζωτικὴν ἀρχήν. ὅτι μὲν οὖν ἢ ἐν τοῖς ζῶοις θερμότης οὐτε πῦρ οὐτε ἀπὸ πυρὸς ἔχει τὴν ἀρχήν ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶ φανερόν.

<sup>41</sup> Usp. IOHANNES PHILOPONUS, Aet. Mund. 518.11–12: οὐκοῦν καὶ τὸ οὐράνιον πῦρ τοιοῦτόν ἐστιν ζωτικὸν μᾶλλον, οὐ καυστικόν·

bus omnibus fere calorem eum, qui est in animalibus, coelestem esse calorem asseveramus, id Aristotele ipso scribente libro *De animalium ortu* 2. capite 3, loco nimirum celebri et libris praecedentibus a nobis adducto. Non ergo ex animalium calore convincitur in eorum mistione inesse ignem aut sphaeralem illum aut nostratem ullum.

Atque ideo recte ac vere a nobis concludetur, ignem illum nullo modo posse esse mistionis elementum, ut antea compositionis non esse demonstravimus optimaque ratione, nullo refragante sensu, sphaeram illam e natura rerum eiici debere veluti frustraneam ac supervacuam, nulli rei deservientem, contra Aristotelica dogmata, Aristotelicis tamen edictis ac legibus. Qui sensuum testimonia toties rationibus praetulit neque umquam scivit contra sensum rationibus uti neque eorum philosophiam umquam probavit, qui omnia *ad determinatas quasdam opiniones deducere conantur* πρὸς ὠρισμένας τινὰς δόξας ἅπαντα ἀνάγειν βούλονται. Quo nomine senatui populoque suo, si nunc viveret, maximopere succenseret, qui verba sua ut plurimum non intellecta, non cum aliis collata, sensui rationibus a sensu ductis repugnantia, secum ipsa pugnantia, clamoribus, rixis pugnisque mordicus, ut oracula tumentur, neque admittunt praeceptum seu monitum praeceptoris illud: oportere eos ἔχειν λόγους οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγωσιν,

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU



i s pitagorovcima, te gotovo sa svima starima da je ona toplina koja je u životinjama, nebeska toplina. I sam Aristotel to piše u 2. knjizi *O nastanku životinja*, u 3. poglavlju, na mjestu zaista slavnom koje smo mi naveli u prethodnim knjigama<sup>42</sup>. Dakle, ne dokazuje se nepobitno iz topline životinja da je u njihovoj mješavini prisutna vatra ili ona sferna ili ikoja naša. 5

I stoga ćemo pravo i istinito zaključiti da ta vatra ni na koji način ne može biti element mješavine, kao što smo prije dokazali da nije element sastava i da tu sferu na osnovi najboljeg razloga, jer ne proturječi nijedno osjetilo, treba izbaciti iz prirode stvari kao uzaludnu i suvišnu koja ničemu ne služi – protiv Aristotelovih poučaka, ali ipak po Aristotelovim propisima i zakonima. On je svjedočanstva osjetila toliko puta pretpostavio razlozima i nikada nije znao služiti se razlozima protiv osjetila i nikada nije odobravao filozofiju onih koji sve πρὸς ὠρισμένας τινὰς δόξας ἀπαντὰ ἀνάγειν βούλονται.<sup>43</sup> – »nastoje svesti na neka određena mišljenja«. S obzirom na to veoma bi se ljutio na svoj senat i narod da sada živi; oni njegove riječi, ponajviše neshvaćene, nepovezane s drugima, koje proturječe osjetilu i razlozima izvedenima iz osjetila, koje su međusobno sukobljene, vikanjima, svađama i borbama, ogorčeno drže proročanstvima i ne prihvaćaju propis ili ono upozorenje učitelja da trebaju: ἔχειν λόγους οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγωσιν<sup>44</sup>, 10 15 20

<sup>42</sup> Usp. ARIST. GA 736b.33–737a.3: πάντων μὲν γὰρ ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι τὰ σπέρματα. τοῦτο δ' οὐ πῦρ οὐδὲ τοιαύτη δύναμις ἐστὶν ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα καὶ ἢ ἐν τῷ πνεύματι φύσις, ἀνάλογον οὐσα τῷ τῶν ἀστρῶν στοιχείῳ. διὸ πῦρ μὲν οὐθὲν γεννᾷ ζῶον, οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον ἐν πυρούμενοις οὔτ' ἐν ὑγροῖς οὔτ' ἐν ξηροῖς οὐθέν. Petrić to citira u III. svesku *Peripatetičkih rasprava* u petoj knjizi (Usp. Franciscus Patricius/Frane Petrić: *Discussionum peripateticarum tomus tertius/Peripatetičke rasprave*, svezak treći, Zagreb 2009. str. 196.)

<sup>43</sup> Usp. ARIST. Cael. 306a.8–9: ἀλλὰ πάντα βούλεσθαι πρὸς τινὰς δόξας ὠρισμένας ἀνάγειν.

<sup>44</sup> Usp. ARIST. GC 325a.23–28: Λεύκιππος δ' ἔχειν ῥήθη λόγους οἵ τινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγοντες οὐκ ἀναιρήσουσιν οὔτε γένεσιν οὔτε φθορὰν οὔτε κίνησιν καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὄντων Ὁμολογήσας δὲ ταῦτα μὲν τοῖς φαινομένοις, τοῖς δὲ τὸ ἐν

*habere rationes, quae ad sensum confessa dicant. Quod si licuit ipsi, contra veteres ac forte iniuria inferre, cur non et nobis iure in memoriam revocare liceat?*

FINIS LIBRI SEPTIMI



»imati razloge koji govore ono što je u skladu s osjetilom.« Ako je to njemu dopušteno da iznese, možda i nepravedno, protiv starih, zašto ne bi bilo dopušteno i nama da na to s pravom podsjetimo?

KRAJ SEDME KNJIGE



---

κατασκευάζουσιν ὥς οὐκ ἂν κίνησιν οὐσαν ἄνευ κενοῦ τό τε κενὸν μὴ ὄν, καὶ τοῦ ὄντος οὐθέν μὴ ὄν φησιν εἶναι.

DISCUSSIONUM PERIPATETICARUM  
TOMI IIII LIBER VIII

DE ELEMENTIS II.

5 Hactenus ingenti sane labore, patentibus tamen et sensibus  
et rationibus, igneum elementum et sphaeralem illum ignem de  
sede sua tam sublimi deiecimus, e rerum natura ablegavimus. Et  
si quid esset, frustraneum esse elementum, quod nec ad universi  
compositionem, nec ad rerum generationem mistionemve face-  
10 ret. Atque ita 1. illud de numero 16 propositorum dogmatum 4  
esse sub Luna elementa falsum esse demonstravimus. Cum quo  
sane iacent omnia ea de 16, quae ab hoc 1. pendent, 9 nempe:  
4 esse simplicia corpora sub Luna, levitate ignem sursum fer-  
ri, ignem levissimum esse, ignem omnibus supernatare, ignem  
15 duabus qualitatibus praeditum esse, una tamen praecipua, eius  
qualitates cuiquam aliorum esse contrarias, eum in alia elementa  
transmutari, facilius ea, quae sit illi cum altero communis. Modo  
et haec ipsa, quo ad reliqua pertinent, elementa et reliqua dog-  
mata sex discutiamus diligenter.

20 Ac primo an tria, quae nobis sub Luna restant, elementa sim-  
plicia corpora sint. Esse simplicia videtur Aristoteles velle, dum  
de motibus agens simplicibus et mistis 1. *De coelo* ait simplices  
motus simplicibus corporibus convenire, motus autem simpli-  
ces: rectum ac circularem. Rectumque duplicem esse a medio et  
25 ad medium, hunc gravibus elementis, illum levibus assignans  
atque ita fere concludens:<sup>1</sup> *Cum vero omnis physici corporis est mo-*

<sup>1</sup> Ἐπεὶ δ' ἐστὶ παντὸς φυσικοῦ σώματος κίνησις οἰκεία, τῶν δὲ  
κινήσεων αἱ μὲν ἀπλαῖ αἱ δὲ μικταί, καὶ αἱ μὲν μικταὶ τῶν μικτῶν, αἱ δὲ  
ἀπλαῖ τῶν ἀπλῶν εἰσι, φανερόν ὅτι ἔσται ἅττα σώματα ἀπλᾶ. Εἰσὶ γὰρ  
καὶ κινήσεις ἀπλαῖ. Ὡστε δῆλον καὶ ὅτι ἐστὶ στοιχεῖα καὶ διὰ τί ἐστίν.  
[ARIST. Cael. 302b.5–9]

PERIPATETIČKE RASPRAVE  
SVEZAK IV. KNJIGA 8.

O ELEMENTIMA II

Do sada smo zaista ogromnim naporom, ipak jasnim i osje- 5  
tima i razlozima, zbacili vatreni element i onu smo sfernu vatru  
s njenog tako uzvišenog položaja udaljili iz prirode stvari. I ako  
bi što bila, uzaludan je element koji ne bi pridonosio niti sasta-  
vu sveukupnosti, niti nastajanju i miješanju stvari. I tako smo  
pokazali da je onaj <prvi poučak> iz broja od 16 izloženih po- 10  
učaka, da pod Mjesecom postoje četiri elementa, neistinit. S njim  
leže uistinu svih onih devet <poučaka> od 16 koji ovise o tom  
prvom, naime: [1] da postoje četiri jednostavna tijela pod Mje-  
secom, [2] da vatra laganošću biva nošena uvis, [3] da je vatra  
najlakša, [4] da vatra nad svima pliva, [5] da je vatra obdarena 15  
dvjema kvalitetama, [6] da je jedna ipak važna, [7] da su njezine  
kvalitete svakoj <kvaliteti> drugih <elemenata> kontrarne, [8]  
da se ona pretvara u druge elemente, [9] lakše po onoj kvalite-  
ti koja bi joj bila zajednička s drugim <elementima>. Upravo te  
same elemente, koliko se odnose na ostalo, i ostalih šest poučaka 20  
marljivo raspravimo.

Prvo, da li su tri elementa, koji nam ostaju pod Mjesecom,  
jednostavna tijela? Čini se da Aristotel hoće da su jednostavna,  
dok raspravljajući o kretanjima, jednostavnim i miješanim u 1.  
knjizi *O nebu* kaže da jednostavna kretanja odgovaraju jednostav- 25  
nim tijelima, a da su jednostavna kretanja pravocrtno i kružno.  
Pravocrtno je dvostruko, od središta i k središtu; ovo pripisujući  
teškim elementima, a ono laganima i tako zaključuje: »Budući da

tus proprius. Motuum autem hi quidem simplices, hi autem misti et misti quidem mistorum, simplices vero simplicium sunt, clarum, quod erunt quaedam corpora simplicia, sunt enim motus simplices, itaque manifestum et quod sint elementa et quam ob rem sint. Simplicia ergo  
 5 corpora sunt, quae simplicibus motibus moventur, recto duplici et circulari, coelum scilicet et quatuor sua elementa. Quae dum de motibus eorum [450] ageret, simplicia vocavit et asserere sibi est visus. Sed alibi, nempe 2. *De ortu*, ubi non amplius de motibus disputat, veluti oblivione captus negat esse simplicia haec  
 10 eadem. Ita diversis propositis prae ingenii acumine diversa dogmata et contraria saepe docet. Eius verba sunt haec:<sup>2</sup> *Non est autem ignis neque aer et unumquodque dictorum simplex, sed mistum. Simplicia vero talia quidem sunt, non tamen eadem, veluti quod igni simile igniforme, non ignis. Et quod aeri, aeriforme. Similiter vero et in aliis.*  
 15 *Expresse ergo negat ignem et aerem et reliqua, nempe aquam et terram, esse simplicia, sed esse mista ait. Sed quae revera simplicia sint, his esse similia, non autem eadem: veluti quod est igni simile est igniforme et quod aeri simile, aeriforme, et quod aquae simile, aquiforme, et quod terrae simile, terriforme.*

20 Dii boni, qualis nam haec est doctrina? Antea haec corpora simplicia vocabat rationemque reddebat, cur simplicia essent: quod scilicet de prima materia et primis qualitatibus essent constituta, in quae ut in elementa omnia alia resolverentur, ipsa in nulla alia, simplicesque motus, uti simplicibus tribuebat. Nunc  
 25 vero negat esse simplicia, sed mista, similia quidem igni, aeri, aquae, terrae, non autem eadem. Quid hoc monstri aut chimae-rae est?

Mista sunt ergo ex aliis simplicibus, ubi ergo alter ignis est, alter aer, altera aqua, altera terra? Quibus haec similia non eadem sint? Ex quibus simplicibus haec mista constant. Ubi sunt  
 30 ea corpora, quae simplicibus motibus moventur? Haec enim, ut mista, mistis etiam moventur motibus. Et hi motus a medio et ad

<sup>2</sup> Οὐκ ἔστι δὲ τὸ πῦρ καὶ ὁ ἀήρ καὶ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἀπλοῦν, ἀλλὰ μικτόν. Τὰ δ' ἀπλᾶ τοιαῦτα μὲν ἔστιν, οὐ μέντοι ταυτά, οἷον εἴ τι τῷ πυρὶ ὅμοιον, πυροειδές, οὐ πῦρ, καὶ τὸ τῷ ἀέρι ἀεροειδές· ὁμοίως δὲ κατὰ τῶν ἄλλων. [ARIST. GC 330b.21–25]



je kretanje vlastitost svakog fizičkog tijela, a od kretanja su jedna jednostavna, a druga miješana, miješana kretanja pripadaju miješanim tijelima, jednostavna pak pripadaju jednostavnim tijelima, jasno je da će postojati neka jednostavna tijela; postoje jednostavna kretanja; očito je što su elementi i zbog čega su.« Jednostavna su, dakle, tijela koja se kreću jednostavnim kretanjima, dvostrukim pravocrtnim i kružnim – tj. nebo i njegova <Aristotelova> četiri elementa. Njih je, dok je raspravljao o njihovim kretanjima [450] zvao jednostavnima i činilo mu se da to tvrdi. No na drugom mjestu, naime u 2. knjizi *O nastajanju* gdje više ne raspravlja o kretanjima, kao obuzet zaboravom niječe da su ti isti <elementi> jednostavni. Tako pri različitim namjerama, zbog oštine duha, poučava različite poučke i često kontrarne. To su njegove riječi: »Nije vatra, niti zrak i svako pojedino od rečenih jednostavno, nego miješano. Jednostavno je pak takvo, ipak ne isto, kao što je ono što ima oblik vatre slično vatri, a nije vatra. I što je <slično> zraku, ono što ima oblik zraka. Slično pak i u drugom.« Izričito, dakle, niječe da su vatra i zrak i ostalo, dakako voda i zemlja, jednostavni, nego kaže da su složeni. No, ono što je uistinu jednostavno, da je ovome slično, a ne isto, kao ono što je slično vatri ima oblik vatre i ono što je slično zraku ima oblik zraka i ono što je slično vodi ima oblik vode i ono što je slično zemlji ima oblik zemlje.

Dobri bogovi, kakav je to nauk? Prije je ta tijela zvao jednostavnima i obrazlagao je zašto su jednostavna, tj. zato jer su uspostavljena iz prve materije i iz prvih kvaliteta; u njih se kao u elemente sve drugo razlaže, a ona sama ni u koja druga i pridavao im je, kao jednostavnima, jednostavna kretanja. Sada pak kaže da nisu jednostavna, nego miješana, slična vatri, zraku, vodi, zemlji, ali ne ista. Kakva je to nakaza ili himera?

Miješana su, dakle, iz drugih jednostavnih – gdje je, dakle, druga vatra, drugi zrak, druga voda, druga zemlja, kojima je to slično, a ne isto? Iz kojih se jednostavnih mogu sastojati ova složena <tijela>? Gdje su ta tijela koja se kreću jednostavnim kretanjima? Ova, naime, kao miješana, kreću se također miješanim kre-

medium, quibus haec terra, haec aqua et hic aer et hic ignis recta moventur, recti quidem sunt, uti videmus, at simplices non sunt, sed misti. Mistorum enim corporum motus misti sunt, alii ergo illis erunt motus simplices, non amplius recti, ut his, sed forte  
 5 rectiores rectis, ad aliud medium, a medio alio vel non hoc, vel hoc exquisitiore ac veriore.

Salvabunt eum sui aientque haec esse mista quidem corpora, motus autem eorum esse simplices: κινεῖσθαι δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν<sup>3</sup>, moveri secundum praedominans, subnectere statim  
 10 verbis illis magistrum. Sed rogo eos ego. Si a praedominante moventur, cur dixit *mistos vero mistorum*? Si praedominans ignem sursum et a medio fert, terram deorsum et ad medium, cur dixit *mistos vero mistorum*? Nonne 'ad medium' et 'a medio ferri' simplices illi fuerunt motus? Quorum motuum eo, qui est ad me-  
 15 dium, non solum terra, sed etiam saxum, metallum, lignum, animal etiam recta et ad angulos rectos feruntur eodemmet, quo et simplex terra, si reperiatur, moveretur. Idem ergo motus simplex et simplicium et mistorum est.

Non ergo vera sunt illa μικτὰς δὲ τῶν μικτῶν, *mistos vero mistorum* et μικτὰς δὲ τῶν συνθέτων<sup>4</sup>, *mistos vero compositorum*, quod itidem dixit. Aut si verum id est, oporteret mista corpora non simplici motu a praedominante moveri, sed misto etiam a reliquis non praedominantibus. Sed tamen partem habentibus.

<sup>3</sup> [ARIST. Cael. 269a.1–2]

<sup>4</sup> [ARIST. Cael. 269a.1]

tanjima. I ta kretanja od središta i k središtu kojima se pravocrtno kreću ova zemlja, ova voda i ovaj zrak i ova vatra, pravocrtni su zaista, kako vidimo, ali nisu jednostavni, nego miješani. Kretanja miješanih tijela su, naime, miješana. Ona <jednostavna tijela> 5  
imat će druga jednostavna kretanja, ne više pravocrtna kao ova, nego možda pravocrtnija od pravocrtnih, k drugom središtu, od drugog središta ili ne ovog ili izvrsnijeg od ovog i istinitijeg.

Spašavat će ga njegovi i reći će da su to doista miješana tijela, ali da su njihova kretanja jednostavna, κινεῖσθαι δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν – da se kreću u skladu s onim što prevladava – da 10  
nadovežu odmah onim riječima učitelja. No ja ih pitam. Ako se kreće u skladu s onim što prevladava, zašto je rekao: da miješana <kretanja> pripadaju miješanim <tijelima>. Ako vatru ono što prevladava nosi prema gore, od središta, a zemlju prema dolje, k središtu, zašto je rekao: miješana <kretanja> pripadaju miješanim 15  
<tijelima>? Nisu li mu bila jednostavna kretanja: kretati se k središtu i od središta? Od tih kretanja onim, koje je prema središtu, biva nošena ne samo zemlja, nego također kamen, metal, drvo i životinja – po ravnoj crti i pod pravim kutevima – istim kretanjem kojim bi se kretala i jednostavna zemlja, ako bi je bilo. Isto je, da- 20  
kle, jednostavno kretanje i jednostavnih i miješanih <tijela>.

Stoga nisu istinite one <riječi>: μικτὰς δὲ τῶν μικτῶν<sup>1</sup>, da miješana kretanja pripadaju miješanim <tijelima> i μικτὰς δὲ τῶν συνθέτων, da miješana kretanja pripadaju složenim <tijelima> – što je također rekao. Ili, ako je to istinito, trebalo bi da se miješana 25  
tijela ne kreću jednostavnim kretanjem prema onom <kre-

<sup>1</sup> Doslovni citat nije pronađen, a ne predstavlja ni opravdanu parafrazu. Usp. Simplicijevo tumačenje da se kretanja dijele na jednostavna i miješana, a tijela na jednostavna i složena. SIMPLICIUS, In Cael. 7.16.6–8: δείκνυσι δὲ αὐτὰ διελῶν ὡσπερ πρότερον τὰς κινήσεις εἰς τὰς ἀπλᾶς καὶ τὰς μικτὰς οὕτως νῦν τὰ σώματα εἰς τε τὰ ἀπλᾶ καὶ τὰ σύνθετα. Usp. također: ARIST. Cael. 268b.29–269a.7: ἀνάγκη καὶ τὰς κινήσεις εἶναι τὰς μὲν ἀπλᾶς τὰς δὲ μικτὰς πως, καὶ τῶν μὲν ἀπλῶν ἀπλᾶς, μικτὰς δὲ τῶν συνθέτων, κινεῖσθαι δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν. Εἶπερ οὖν ἐστὶν ἀπλή κίνησις, ἀπλή δ' ἡ κύκλω κίνησις, καὶ τοῦ τε ἀπλοῦ σώματος ἀπλή ἡ κίνησις καὶ ἡ ἀπλή κίνησις ἀπλοῦ σώματος (καὶ γὰρ ἂν συνθέτου ἦ, κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν ἔσται), ἀναγκαῖον εἶναι τι σῶμα ἀπλοῦν ὃ πέφυκε φέρεσθαι τὴν κύκλω κίνησιν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν.

Aer enim et ignis, qui ex suo dogmate in animali vivo est aut tantumdem molis cum terrea mole est aut non multo minoris, cur ergo terra praepollet illis, ut deorsum recta linea, non mista, non spirali, non alia animal feratur, si ex alto cadat? Cur ignis et aer  
 5 partem ullam in motu isto non habent? Cur levitas eorum munus suum non praestat? Ut si non prohibere casum queant, saltem mistum ostendant, torsione aliqua et obliquitate motus. Si calor, qui in homine, in animalibus est plerisque Aristotele libris *De animalium ortu* fatente, ita potens est, ut solidas et terreas partes,  
 10 ossa et carnes sursum pellat, ita ut illi rectam figuram forment, cur idem calor non aliquid vel pauxillum in casu non annitatur, ut mistum non simplicem motum efficiat? Amplius, terra, quae est in animali, nonne mista etiam ipsa est? Cur ergo misto motu non fertur deorsum, sed simplici?

15 Quaeram etiam a senatu, a populo, a plebe quoque Peripatetica, ut mihi mistum aliquem localem motum (nam de hoc sermo principi eorum est) in rerum natura ostendant. Nullum reperient opinor. Nam animalium progressio non a natura gravis et levis, sed ab anima est. Fumum reor afferent, quem Aristoteles terreum  
 20 et aereum ait esse. Quaero de duobus, quid in illo sit praedominans? Ex ascensu affirmabunt aerem. Is aer, qui in fumo est, si prioribus principis verbis credant, simplex erit simplicique motu recto feretur. [451]

Cur ergo tortuose ascendit? Si secundis magis credamus,  
 25 mistus erit cum terra movebiturque κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν, a praedominante. Sed praedominans in fumo aer est, aeris autem motus rectus atque ideo simplex est? Asseruit enim motum rectum a medio simplicem esse. Cur ergo fumus tortuose ascendit? Plumae, paleae, stipulae, atomi, si in aere varie ferantur, id non a praedominante, sed vi et impulsu aeris, ventis, aura agitato fit. Aut ergo nullus est in rebus motus mistus,  
 30 aut si sit, non a praedominante fit. Aut si a praedominante fit, mistus sit necesse est ex simplicibus a medio et ad medium,

tanju> koje prevladava, nego također miješanim <kretanjima> koja ne prevladavaju, ali ipak imaju udjela. Naime, zrak i vatra koji su po njegovu poučku u živoj životinji, ili su u istoj masi sa zemljanom masom, ili ne u mnogo manjoj, zašto je onda zemlja nadmoćna nad njima, tako da životinja, ako pada s visine, biva nošena prema dolje po ravnoj crti, ne miješanoj, ne spiralnoj, ne <nekoj> drugoj? Zašto vatra i zrak nemaju nikakva udjela u tom kretanju? Zašto njihova laganost ne vrši svoju zadaću, da, ako ne mogu spriječiti pad, ipak pokažu miješano <kretanje> nekom torzijom, nekom zakrivljenošću kretanja. Ako je toplina koja je u čovjeku i u većini životinja, kako Aristotel priznaje u knjigama *O nastanku životinja*, tako moćna da čvrste i zemljane dijelove, kosti i meso tjera prema gore, tako da mu oblikuju uspravni lik, zašto se ista toplina u padu ne potruži nešto ili sasvim malo, da učini miješano, a ne jednostavno kretanje? Nadalje, zar nije zemlja, koja je u životinji, i sama miješana? Zašto, dakle, ne biva nošena prema dolje miješanim nego jednostavnim kretanjem?

Pitat ću također senat, narod i peripatetički puk da mi pokažu u prirodi neko miješano mjesno kretanje (naime o tome govori njihov prvak). Mislim – nijedno neće naći, jer napredovanje životinja nije teško ili lako po prirodi nego po duši. Mislim, navest će dim za koji Aristotel kaže da je i zemljan i zračan. Pitam, što je od dvoga u njemu prevladavajuće? Po uzdizanju potvrdit će da je to zrak. Taj zrak koji je u dimu, ako bi vjerovali prethodnim riječima prvaka, bit će jednostavan i bit će nošen pravocrtnim i jednostavnim kretanjem. [451]

Zašto se, dakle, uzdiže vijugavo? Ako bismo više vjerovali drugim <riječima>, bit će pomiješan sa zemljom i kretat će se κατά τὸ ἐπικρατοῦν – *prema onom što prevladava*. No u dimu prevladava zrak, a kretanje zraka je pravocrtno, je li zato jednostavno? Tvrдио je, naime, da je pravocrtno kretanje *od središta* jednostavno. Zašto se, dakle, dim uzdiže vijugavo? Ako pera, pljeva, slamke, nedjeljive sitnice u zraku različito bivaju nošeni, to ne biva *po onome što prevladava*, nego biva po vladajućoj sili i poticaju zraka, vjetra, propuhu. Ili, dakle, u stvarima ne postoji nikakvo miješano kretanje, ili, ako postoji, ne postoji po onome što prevladava. Ili, ako biva po onome što prevladava, nužno bi bilo da je miješano

quibus moventur corpora misionem ingredientia, non autem ex recto et circulari, quia coelum, cuius proprius est circularis motus, misionem corporum mistorum ex Aristotelis doctrina non ingreditur.

5 Cum autem nullus umquam talis, unus qui sit, motus ex sursum et deorsum mistus sit conspectus, tuto negabitur nullum mistum motum in rebus a natura reperiri. Et quod longe mirabilius est, nullus quoque ex Aristotelis philosophia hac mirabili rectus simplex comperietur, quod non est difficile comprobare. Nam  
10 si simplex motus simplicis est corporis, nullum autem simplex corpus sit infra Lunam, cui dubium nullum simplicem motum sub Lunae orbe reperiri. Cuius rationis et maior et minor utraque Aristotelis esse ostensa est. Vana ergo est philosophia ab Aristotele nobis tradita de motibus simplicibus et mistis, infirma, falsa.  
15

Pari inconstantia tradita est etiam ea, quae est de simplicibus corporibus. Antea asseruerat quatuor haec elementa esse simplicia: deinde ait ea esse mista et simplicibus similia, deinde posteriori huic dogmati paulo post traditum, contradicens, infert:<sup>5</sup>  
20 *Cum quatuor sint simplicia corpora.* Postea his quoque contradicit:<sup>6</sup> *Et extrema quidem et sincerissima, ignis et terra, media vero et mista magis aqua et aer.* Si enim quatuor sunt simplicia corpora, quomodo mista magis duo ex eis? Si enim aer et aqua mista magis sunt quam ignis et terra, certe mista sunt, certe non sunt simplicia. Non  
25 ergo quatuor sunt corpora simplicia. Et si ειλικρινέστατα sunt et sincerissima ignis et terra, quomodo dixit paulo infra ignem esse ex terra et aere, nam flamma, quae talibus constat, maxime ignis est. Est autem fumus ardens: fumus autem est ex terra et aere. Haec enim sua verba sunt:<sup>7</sup> *Maxime enim flamma est ignis, haec autem est fumus ardens, fumus autem ex aere et terra.* Mistus itaque  
30 est ignis, qui tamen ei erat sincerissimus. Sed si dicant salvatores

<sup>5</sup> Ὅντων δὲ τεττάρων τῶν ἀπλῶν σωμάτων, [ARIST. GC 330b.30–31]

<sup>6</sup> Καὶ ἄκρα μὲν καὶ ειλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ. [ARIST. GC 330b.33–331a.1]

<sup>7</sup> Μάλιστα μὲν γὰρ πῦρ ἢ φλόξ, αὕτη δ' ἐστὶ καπνὸς καιόμενος, ὁ δὲ καπνὸς ἐξ ἀέρος καὶ γῆς. [ARIST. GC 331b.25–26]



iz jednostavnih <kretanja> od središta i k središtu. Tim se <kretanjima> pokreću tijela koja ulaze u miješanje, ali ne iz pravocrtnog i kružnog, jer nebo, kojem je kružno kretanje svojstveno, ne ulazi, po Aristotelovu nauku, u miješanje miješanih tijela.

Budući da nikada nikakvo takvo kretanje, koje bi bilo jedno, miješano iz prema gore i prema dolje nije uočeno, sa sigurnošću će se tvrditi da po prirodi ne postoji nikakvo miješano kretanje u stvarima. I što je daleko čudnije, neće se naći također nijedno, po ovoj divnoj Aristotelovoj filozofiji, jednostavno pravocrtno, što nije teško dokazati. Naime, ako jednostavno kretanje pripada jednostavnom tijelu, a pod Mjesecom ne postoji nijedno jednostavno tijelo, kome je dvojbena da ispod kruga Mjeseca ne postoji nijedno jednostavno kretanje. Za obje <premise>, veću i manju ovog razloga, pokazano je da su Aristotelove. Bezvrijedna je, dakle, filozofija koju nam je Aristotel izložio o jednostavnim i miješanim kretanjima, nedosljedna, slaba, pogrešna.

Istom je nedosljednošću predana i ona koja je o jednostavnim tijelima. Prije je bio tvrdio da su ta četiri elementa jednostavna, zatim kaže da su ona miješana i slična jednostavnima, zatim ovom kasnijem poučku malo poslije izloženo proturječeći uvodi: »Budući da postoje četiri jednostavna tijela.« Kasnije ovime proturječi: »Krajnja zaista i najčistija: vatra i zemlja, u sredini pak i više miješana: voda i zrak.« Ako naime postoje četiri jednostavna tijela, kako su dva od njih više miješana? Ako su, naime, zrak i voda miješani više nego vatra i zemlja, sigurno su miješani, sigurno nisu jednostavni. Stoga ne postoje četiri jednostavna tijela. I, ako su εἰλικρινέστατα i najčistija, vatra i zemlja, kako je malo gore rekao da je vatra iz zemlje i zraka; naime plamen koji se iz takovih sastoji, ponajviše je vatra. No on je gorući dim, a dim je iz zemlje i zraka. Ovo su, naime, njegove riječi: »Najviše je, naime, vatra plamen, on je opet gorući dim, a dim je iz zraka i zemlje.« Miješana je, dakle, vatra, koja mu je ipak bila najčistija. No, ako bi spasioci rekli da je to rečeno o našoj vatri, a ne o elementar-

hoc de igne nostrate dictum, non de elementali, dicam ego, uti contextum superiorem relegant, cui haec verba cohaerent (agit enim de elementorum in se invicem transmutatione):<sup>8</sup> *Similiter vero etiam ex aere et terra ignis et aqua, quando enim aeris corruptum fuerit calidum, terrae autem siccum aqua erit, relinquatur enim illius quidem humidum, huius autem frigidum: quando vero aeris quidem humidum, terrae autem frigidum (corruptum fuerit) ignis, eo quod relinquatur alterius calidum, alterius vero siccum, quae fuerant ignis. Confessa vero est etiam sensui ignis generatio: maxime enim flamma est ignis, ipsa vero est fumus ardens, fumus autem ex aere et terra. Pro eodem ergo sumpsit Aristoteles ignis elementum et flammam, non solum hoc loco, sed alio quoque 1. scilicet *Meteoro*, capite 4. alias a nobis allato:<sup>9</sup> *Primum quidem sub circularem lationem est calidum et siccum, quod dicimus ignem, innominatum enim commune est in omni fumosa secretionem. Et eodem:*<sup>10</sup> *Itaque parum motus sortitus incendatur saepe sicut fumus, est enim flamma spiritus sicci ardor. Spiritum dixit hic pro aere, siccum vero pro terra eadem, qua prius, sententia.**

Si ergo ignis sphaeralis est καπνώδης, fumosus, ac propterea ut fumus accenditur, fumus autem aereum, quid et terreum est, quo modo ignis sphaeralis est sincerissimus. Quod si dicant, hoc non absolute ab Aristotele dictum, sed [452] superlative, concedunt ergo (inquam ego) verum esse, quod et omnes interpretes

<sup>8</sup> Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ· ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος φθαρή τὸ θερμὸν τῆς δὲ γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται (λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ ὑγρὸν τῆς δὲ τὸ ψυχρὸν), ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν τῆς δὲ γῆς τὸ ψυχρὸν, πῦρ, διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ μὲν τὸ θερμὸν τῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἄπερ ἦν πυρός. Ὁμολογουμένη δὲ καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ τοῦ πυρός γενεσις. Μάλιστα μὲν γὰρ πῦρ ἢ φλόξ, αὕτη δ' ἐστὶ καπνὸς καιόμενος, ὁ δὲ καπνὸς ἐξ ἀέρος καὶ γῆς. [ARIST. GC 331b.18–26]

<sup>9</sup> πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον φορὰν ἐστὶν τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὃ λέγομεν πῦρ (ἀνώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν ἐπὶ πάσης τῆς καπνώδους διακρίσεως· [ARIST. Mete. 341b.13–16]

<sup>10</sup> ὥστε μικρᾶς κινήσεως τυχὸν ἐκκαίεσθαι πολλάκις ὥσπερ {τὸν} καπνόν· ἔστι γὰρ ἡ φλόξ πνεύματος ξηροῦ ζέσις. [ARIST. Mete. 341b.20–22]

noj, ja ću reći da ponovo čitaju gornji sklop s kojim su ove riječi povezane: (raspravlja, naime, o međusobnoj promjeni elemenata jednih u druge): »Slično pak iz zraka i zemlje <nastaje> vatra i voda; kad je naime propala toplina zraka i suhoća zemlje, bit će voda; preostaje naime njegova vlažnost i njezina hladnoća; kad je pak vlažnost zraka i hladnoća zemlje (propala), <nastaje> vatra, zbog toga što preostaje od jednoga toplina, a od druge suhoća – a to su bila <svojstva> vatre. Također i osjetilo priznaje nastanak vatre. Naime, vatra je ponajviše plamen, on je gorući dim, a dim je iz zraka i zemlje.« Držao je, dakle, Aristotel istim element vatre i plamen, ne samo na tom mjestu, nego i na drugom, tj. u 1. knjizi *Meteorologije* u 4. poglavlju, koje smo naveli na drugom mjestu: »Prvo je doista pod kružnim pomicanjem toplo i suho što nazivamo vatrom. Zajednički je naziv u cijelom dimnom izdvajanju.« I na istom mjestu: »Stoga imajući malo kretanje, zapalio bi se često kao dim, jer je plamen žar suhog daha.« Dah je ovdje rekao za zrak, suho pak za zemlju, na osnovi iste misli kao prije.

Ako je, dakle, sferna vatra *καπνώδης*, dimna i stoga se zapaljuje kao dim, a dim je nešto zračno i nešto zemljano, na koji je način sferna vatra najčistija? Ako bi rekli da to Aristotel nije bezuvjetno rekao, nego [452] pretjerano – dopuštaju, (reći ću ja) da je istinito, što i svi tumači priznaju, da ti elementi nisu jednostav-

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

fatentur, elementa haec non esse simplicia. Qua ergo ratione simplicium, quae nusquam sunt, simplices sunt motus? Quo pacto in simplicia, quae nulla sunt, mista tamquam eorum elementa, in indivisibilia secundum speciem resolvuntur? Sed aliis etiam  
 5 locis eiusdem 1. *Meteori* tradit ignem illum simplicem non esse:<sup>11</sup> *Quod quidem sursum et usque ad Lunam aliud esse corpus, dicimus ab igne et aere. Sed nihilominus in ipso hoc quidem purius esse, hoc vero minus sincerum et differentiam habere et maxime, ubi desinit ad a-*  
 10 *rem et ad mundum circa terram. Sed hoc ipsum corpus, quod aliud dicebat modo ab igne et aere, ignem quidem esse negat, aerem concedit sequentibus hisce verbis:*<sup>12</sup> *Circa haec vero et continua hisce aer et quod ob consuetudinem vocamus ignem, non est autem ignis. Excessus enim calidi et veluti ardor est ignis. Sed oportet cogitare eius, quod dicitur et vocatur a nobis aer, id quod est circa terram veluti ca-*  
 15 *lidum et humidum esse, eo quod evaporet et exhalationem habet terrae. Quod vero supra hoc, calidum et siccum. Et est quidem vapor potentia veluti aqua, exhalatio vero potentia veluti ignis.*

Neque tamen eodem vestigio manet, sed nutat mutatque, neque enim amplius ignem vult esse, neque aerem, neque fumosam  
 20 secretionem, sed exhalationem eodem libro:<sup>13</sup> *Suppositum enim est nobis mundi, qui circa terram, quantum est sub circularem lationem, esse primam partem, exhalationem siccam et calidam. Ignis igitur ille.*

<sup>11</sup> τὸ μὲν γὰρ ἄνω καὶ μέχρι σελήνης ἕτερον εἶναι σώμα φαμεν πυρός τε καὶ ἀέρος, οὐ μὴν ἀλλ' ἐν αὐτῷ γε τὸ μὲν καθαρώτερον εἶναι τὸ δ' ἥττον εἰλικρινές, καὶ διαφορὰς [διαφορὰν] ἔχειν, καὶ μάλιστα ἢ καταλήγει πρὸς τὸν ἀέρα καὶ πρὸς τὸν περὶ {τὴν} γῆν κόσμον. [ARIST. Mete. 340b.6–10]

<sup>12</sup> περὶ δὲ ταῦτα καὶ <τὰ> ἐχόμενα τούτων, ἀήρ τε [δὲ] καὶ ὁ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ, οὐκ ἔστι δὲ πῦρ ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ καὶ οἶον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ. ἀλλὰ δεῖ νοῆσαι τοῦ λεγομένου <καὶ καλουμένου> ὑφ' ἡμῶν ἀέρος τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν οἶον ὑγρὸν καὶ θερμὸν εἶναι διὰ τὸ ἀτμίζειν τε καὶ ἀναθυμιάσιν ἔχειν γῆς, τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο θερμὸν {ἦδη} καὶ ξηρόν. {ἔστιν γὰρ ἀτμίδος μὲν φύσις ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἀναθυμιάσεως δὲ θερμὸν καὶ ξηρόν·} καὶ ἔστιν ἀτμὶς μὲν δυνάμει οἶον ὕδωρ, ἀναθυμιάσις δὲ δυνάμει οἶον πῦρ. [ARIST. Mete. 340b.21–29]

<sup>13</sup> ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν τοῦ κόσμου τοῦ περὶ τὴν γῆν, ὅσον ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιόν ἐστιν φορὰν, εἶναι τὸ πρῶτον μέρος ἀναθυμιάσιν ξηρὰν καὶ θερμὴν. [ARIST. Mete. 344a.8–10]

ni. Iz kojeg su razloga jednostavna kretanja jednostavnih <tijela> koja uopće ne postoje? Na koji se način <miješana tijela> razlažu u jednostavna – koja ne postoje – kao u svoje elemente, nedjeljive s obzirom na vrstu? No na drugim mjestima u istoj 1. knjizi *Meteorologije* iznosi da ta vatra nije jednostavna: »Za ono što je uistinu 5  
gore i sve do Mjeseca kažemo da je tijelo različito od vatre i od zraka; no, usprkos tome, da je u njemu jedno profinjenije, drugo pak manje čisto i da sadrži razliku i osobito tamo gdje prelazi u zrak i u svijet oko zemlje.« Doduše niječe da je vatra samo to 10  
tijelo za koje je upravo govorio da je različito od vatre i zraka, a dopušta da je zrak ovim riječima koje slijede: »Oko toga pak i povezano s tim zrak i ono što iz navike zovemo vatrom, nije vatra. Vatra je pretjecanje toplog i kao žar. No, treba misliti da je ono što zovemo i nazivamo zrakom, ono što je oko zemlje, kao toplo i 15  
vlažno, zato što isparava i ima <u sebi> isparavanje zemlje – to je isparavanje iznad toga, toplo i suho. I doista je para u mogućnosti kao voda, isparavanje pak u mogućnosti kao vatra.«

Ipak ne ostaje na istom tragu, nego je neodlučan i mijenja i ne želi više da je <to> vatra, niti zrak, niti dimno izdvajanje, nego isparavanje – u istoj knjizi: »Pretpostavili smo da je prvi dio 20  
svijeta koji je oko zemlje, ukoliko je ispod kružnog pomicanja, isparavanje suho i toplo.« Dakle, ona vatra, ako je zrak, ako je

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

Si aer est, si exhalatio, non est pro quarto ponendus elemento. Cur ergo totis viribus antea quatuor esse elementa contendit? Si parvo motu accenditur, cur non semper ardet? Cum semper, non parvo motu, sed maximo, sed rapidissimo rotetur? Raptus a coelesti motu:<sup>14</sup> *Fluit circulo, quia corripitur motu universi*. Cur igitur non ardet, quando vi de suo loco eiectus deorsum fertur?<sup>15</sup> *Sed semper, quavis pars ipsius gravetur, expresso in locum superiorem calore deorsum fertur*. Et rursus:<sup>16</sup> *Et ob ambientem ignem aerem scinditur motu saepe numero et fertur deorsum vi*. Neque enim parvus est hic motus, quando vi scisso aere ipse vi deorsum fertur. Si enim parvo motu, uti dixit, facile ardescit, cur magno motu vim inferens aeri vim patiens a coelo motu rapidissimo rotationis non ardescit? Flammas non concipit? Sed rectissima ratione non concipit flammas, non concipit ardorem, id quod nusquam est, quod nihil est: nullam patitur transmutationem, neque in aerem aut aquam aut terram mutatur umquam. Neque id solum de sphaericali illo igne assero, qui nullus est in rerum natura, sed de nostrate isto affirmo, non enim in ullum transmutatur elementum. Triplex est ignis nostras: anthrax, flamma, lux. Lucem incorpoream rem non puto Peripateticos consensum daturus in ullum elementum transmutari.

Supersunt anthrax et flamma. De anthrace primo. Quid est anthrax? Lignum ignitum. Duae ibi res sunt. Lignum res composita ex elementis. Ignem quid nam dicemus? Elementumne vel aliud quid? Si elementum, anthrax ergo ex duobus ignibus, altero priusquam lignum igniretur, altero iam ignitum. Si negetur id non consequi, quia nullus sit ex mea assertione ignis elementum, confessum ab eis quoque erit nullum esse ignis elementum. Quod si in aliud elementum anthrax verti debet, rationi Aristote-

<sup>14</sup> ὅει δὲ κύκλω διὰ τὸ συνεφέλκεσθαι τῇ τοῦ ὄλου περιφορᾷ. [ARIST. Mete. 341a.1–2]

<sup>15</sup> ἀλλ' αἰεὶ ὅ τι ἂν βαρύνηται μόριον αὐτοῦ ἐκθλιβομένου εἰς τὸν ἄνω τόπον τοῦ θερμοῦ κάτω φέρεται, [ARIST. Mete. 341a.5–6]

<sup>16</sup> καὶ διὰ {τὸ} τὸ περιέχον πῦρ τὸν ἀέρα διαρραίνεσθαι τῇ κινήσει πολλάκις καὶ φέρεσθαι βίᾳ κάτω. [ARIST. Mete. 341a.30–31]



isparavanje, ne smije se postaviti za četvrti element. Zašto je prije tolikim silama tvrdio da ima četiri elementa? Ako se <vatra> zapaljuje malim kretanjem, zašto uvijek ne žari, kad se uvijek vrti ne malim kretanjem nego najvećim, pa i najbržim, uhvaćena nebeskim kretanjem: »Teče u krugu, jer je zahvaćena kretanjem sveukupnosti.« Zašto dakle ne žari, kad na silu izbačena sa svojega mjesta biva nošena prema dolje. »No uvijek neki njezin dio može otežati, ako je toplina istisnuta u više mjesto, te biva nošena prema dolje.« I opet: »I zbog vatre koja je uokolo, često razdvaja zrak kretanjem i biva nošena <toplina<sup>2</sup>> na silu prema dolje.« I nije malo to kretanje kada, budući da je zrak silom razdvojen, sama biva na silu nošena prema dolje. Ako se zbog malog kretanja, kako je rekao, lako zažari, zašto se ne zažaruje velikim kretanjem nanoseći silu zraku, najbržim kretanjem vrtnje trpeći silu od neba? Zar ne začinje plamenove? No iz najispravnijeg razloga ne začinje plamenove; ne začinje žar ono što nije nigdje, ono što nije ništa; ne trpi nikakvu promjenu, niti se ikada mijenja u zrak ili vodu ili zemlju. Ne tvrdim to samo o toj sfernoj vatri, koja ne postoji u prirodi, nego potvrđujem o ovoj našoj <vatri>; jer se ne mijenja ni u kakav element. Trostruka je naša vatra: ugljen, plamen, svjetlost. Ne mislim da će peripatetičari dati pristanak da svjetlost, stvar bestjelesna, prelazi u ikoji element.

Preostaju ugljen i plamen. Prvo o ugljenu. Što je ugljen? Zapaljeno drvo. Tu su dvije stvari. Drvo je stvar sastavljena iz elemenata. Hoćemo li reći da je vatra, da li element ili nešto drugo? Ako je element, onda je ugljen <sastavljen> iz dviju vatri, iz jedne prije nego se drvo zapali, iz druge kad je već zapaljeno. Ako bi se poricalo da to iz toga slijedi, jer po mojoj tvrdnji vatra nije nikakav element, oni će također priznati da vatra nije nikakav element. Pa ako se ugljen treba pretvoriti u drugi element, Aristo-

<sup>2</sup> Usp. cijeli citat: ARIST. Mete. 341a.28–31: *διὰ τε ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ἀφυκνεῖται πρὸς τόνδε τὸν τόπον ἢ θερμότης, καὶ διὰ τὸ τὸ περιέχον πῦρ τὸν ἀέρα διαρραίνεσθαι τῇ κινήσει πολλάκις καὶ φέρεσθαι βίᾳ κάτω.*

lica consentaneum est, verti facilius in id, quod symbolum ipso habet, quod scilicet aer est et terra, altero cum eo communicante caliditate, altero siccitate.

5 Esto, in aerem vertatur: quomodo id fiet? Videmus enim anthraci ipsi ligno continue inhaerere, quousque lignum in cinerem redigat, in cinerem eo redacto lignum nusquam est, nusquam anthrax. In aerem abiit, inquit. Inquam ego: sensibiliterne id fit? Spectantibus et palpantibus nobis? Si aiant, rogabo, ut libeat illis id mihi ostendere, ut ego quoque id aspectem. [453] Neque enim  
 10 tot annis, quot vivo et video, mihi id contigit videre totas hyemes ad focum sedenti diligenter atque anxie inspicienti. Quod si neque ipsi viderint, sed dicant id rationibus colligi, requiram ab eis, ab Aristotele ipso, quod ipse a veteribus saepe requisivit, ut ταῖς αἰσθήσεσιν ὁμολογούμενα λέγωσιν sensibus confessa dicant.  
 15 Si ergo numquam visum est, aut sensibus ullis comprehensum, anthraci in aerem esse mutatum, secure negabimus nos esse mutatum aut mutari. In terram potius mutari videtur usque enim adeo ligno adhaeret, ut id consumat, tamdiu ut nihil ex eo supersit praeter cinerem, qui iam<sup>i</sup> terra est vel terrae proximum quid.  
 20 Quod nos non negamus. Sed negamus in cinerem ignem illum versum, qui in ligno erat. Sed dicimus cinerem esse terram quidem factam at non ex igne factam, sed ab igne terram ex ligno factam. Sive terram, quae ligno ut elementum inerat, ab igne e ligno secretam, si tamen pro vero acceptemus, quod Aristoteles  
 25 asseruit, mistis elementa inesse ex hisque ea confici, ignis autem ille quo abierit, non videmus, neque enim in aerem transitum fecisse visum est. Quod si non in ea, quae symbolum secum habent conspectus est transire, multo minus credibile transisse in aquam sibi omnino contrariam. Quod tamen si affirmant, requiremus,  
 30 ut id sensibus nostris obiiciant. Propius sensui videtur flammam, qui reliquus ignis est et, ut Aristoteles ait μάλιστα πῦρ, *maxime*

<sup>i</sup> Corr. ex quia

telovu je razlogu suglasno, da se lakše pretvara u ono što s njime ima zajedničku oznaku, tj. to je zrak i zemlja; jer jedno s njim sudjeluje u toplini, a drugo u suhosti.

Neka bude, neka se pretvara u zrak. Kako će to biti? Vidimo, naime, da je ugljen neprekidno u samom drvu, sve dok drvo ne svede na pepeo; a kad je svedeno na pepeo, više nema drva, nema ugljena. Reći će: otišao je u zrak. Reći ću ja: da li to biva na osjetilan način, dok mi promatramo i pipamo? Ako potvrde, molit ću, neka im bude ugodno da mi to pokažu da i ja to vidim. [453] Naime tolike godine otkad živim i vidim ne događa mi se da to vidim dok čitave zime sjedim uz ognjište i marljivo i revno promatram. Ako to i sami nisu vidjeli, nego bi rekli da je to razlozima izvedeno, tražit ću od njih, od samog Aristotela ono što je on često tražio od starih, ταῖς αἰσθήσεσιν ὁμολογούμενα λέγωσιν<sup>3</sup>, neka govore ono što je u skladu s osjetilima. Ako nikada nije viđeno niti ikojim osjetilima opaženo da se ugljen promijenio u zrak, sa sigurnošću ćemo i mi nijekati da se promijenio ili da se mijenja. Čini se da se prije mijenja u zemlju; sve dotle je, naime, uz drvo da ga potroši, tako dugo dok ništa od njega ne preostane osim pepela koji je već zemlja ili nešto najbliže zemlji.

To mi ne niječemo. Ali niječemo da se ona vatra koja je bila u drvu pretvorila u pepeo; kažemo da je zemlja postala pepeo, a ne da je nastala iz vatre, nego da je od vatre iz drva nastala zemlja; ili da je zemlja koja je kao element bila u drvu, od vatre iz drva izdvojena, ako ipak prihvatimo kao istinito ono što je Aristotel tvrdio, da se u miješanim <stvarima> nalaze elementi iz kojih se one <miješane stvari> dovršavaju; no, ne vidimo kamo je otišla ta vatra, niti se vidjelo da je prešla u zrak. Pa ako se ne vidi da <vatra> prelazi u ono što međusobno ima zajedničku oznaku, mnogo je manje vjerojatno da je <vatra> prešla u vodu koja joj je sasvim kontrarna. Ako bi to ipak potvrdili, tražit ćemo da i to također stave pred naša osjetila. Bliže osjetu čini se da se plamen, koji je preostala vatra i kako kaže Aristotel: μάλιστα πῦρ<sup>4</sup>, po-

<sup>3</sup> Usp. ARIST. Cael. 306a.5–7: Συμβαίνει δὲ περὶ τῶν φαινομένων λέγουσι μὴ ὁμολογούμενα λέγειν τοῖς φαινομένοις.

<sup>4</sup> Usp. ARIST. GC 331b.25: Μάλιστα μὲν γὰρ πῦρ ἢ φλόξ,

*ignis*, quam cernimus et in aerem ascendere, in aere extingui, in materia aerea, fumo scilicet consistere.

Haec quidem satis clara, satis sunt ad demonstrandum testimoniis pluribus Aristotelis ipsius, testibus sensibus ac rationibus etiam, elementa, quae ipse fecerat simplicia, non esse simplicia. Neque etiam sunt simplicibus similia, ubi enim alia reperiuntur, nisi quis suorum novo phantasmate dicat eum opinionem veterum quorundam barbarorum philosophorum secutum, autemet alia esse, non haec, simplicia corpora, nempe  
5 coelestes orbis, quorum Luna sit terra, Mercurius aqua, Venus aer, Sol ignis, rursus Mars ignis, Iupiter aer, Saturnus aqua, firmamentum terra.

Quam rem si quis affirmet Aristotelem sensisse, somniare eum dixerit. Sed procedamus. Ignem sursum ferri, levissimum esse, omnibus supereminere docuit. Nos vero ostendimus ignem  
15 istum non esse in natura rerum, itaque si nullis sit, neque sursum feretur, nec levis esse dicetur, neque aliis supereminebit.

Sed esto, ponatur esse aliquis, uti Aristoteli, uti Peripato gratum faciamus. Quid inde sequetur? Quaero primo, cum dicitur  
20 ignem levem esse, an de toto igne dicatur, atque adeo ipsa ignis sphaera? Eamque levissimam totam esse, prout tota caeteris elementis supernatat? Supernatat illa quidem caeteris elementis, sed subest orbi Lunae? Utrum sphaera haec ignis, supernatat caeteris, quia levissima est, aut quia levissima supernatat? Utrum horum  
25 causa, utrum effectus? Nam utrumque causa utrumque effectus esse non potest. At levitatem esse causam lationis sursum Aristoteles nos docuit, non supernatantiae. Supernatantiam non assignavit esse causam levitatis, ergo neutrum neutrius causa vel effectus est. At levitatem esse causam, cur ignis sursum feratur  
30 docuit. Sed cum sphaera ignis sursum non feratur, eam levem esse dici non potest. Non est ergo verum ignem esse levem, cum universitas ignis sursum non feratur. Sed ignem mittamus, ne de nihiliore re, quam asini umbra sit, tum anxie lites ingentes perpetuare videamur.

najviše vatra, za koji <plamen> zamjećujemo da se uzdiže u zrak i da se u zraku gasi, sastoji iz zračne tvari, tj. iz dima.

To je zaista dovoljno jasno i neka bude dovoljno da se dokaže pomoću vrlo mnogih svjedočanstava samoga Aristotela, pomoću svjedoka osjetila i također razloga, da elementi koje je sam učinio jednostavnima – nisu jednostavni. Nisu također ni slični jednostavnima; gdje su, naime, drugi, osim ako bi netko od njegovih novom izmišljotinom rekao da je on, slijedeći mnijenje nekih starih barbarskih filozofa, smatrao da postoje druga, a ne ova jednostavna tijela, naime nebeski krugovi; od kojih bi Mjesec bio zemlja, Merkur voda, Venera zrak, Sunce vatra, Mars opet vatra, Jupiter zrak, Saturn voda, nebeski svod zemlja.

Ako bi netko tvrdio da je Aristotel mislio na tu stvar, reći ću da on sanja. No, idimo naprijed. Učio je da vatra biva nošena prema gore, da je najlaganija, da sve nadilazi. Mi pak pokazujemo da ta vatra ne postoji u prirodi stvari; stoga ako ne postoji, ne biva nošena prema gore, niti će se reći da je lagana, niti će sve nadilaziti.

Ali neka bude, neka se postavi da postoji neka <vatra>, da udovoljimo Aristotelu i peripatetičkoj školi. Što će odatle slijediti? Pitam prvo, kad se kaže da je vatra lagana, da li se govori o cijeloj vatri, stoga i o samoj sferi vatre, da je ona cijela najlaganija, kao što cijela pliva nad ostalim elementima? Pliva li zaista iznad tri ostala elementa, ali je ispod kruga Mjeseca? Da li ta sfera vatre pliva nad ostalima, jer je najlaganija, ili, jer je najlaganija pliva <nad svima>? Koje je od toga uzrok, koje posljedica, naime jedno i drugo ne može biti uzrok, jedno i drugo <ne može biti> posljedica. No, Aristotel nas je učio da je laganost uzrok pomicanja prema gore, a ne <uzrok> plivanja <nad svime>. Nije naznačio da je plivanje uzrok laganosti, dakle nijedno nije uzrok nijednog, niti posljedica. A učio je da je laganost uzrok, zbog kojeg vatra biva nošena uvis. No, budući da sfera vatre ne biva nošena uvis, ne može se reći da je lagana. Nije, dakle, istinito da je vatra lagana, jer cjelokupnost vatre ne biva nošena uvis. No ostavimo vatra da se ne čini, da tako zabrinuto ponavljamo ogromne svađe o stvari manje značajnoj nego što je sjena magarca.

## DE AERE ELEMENTO

Ad aerem, quem constat esse in rerum natura, accedamus, is sublata ignis sphaera reliquis – aquae et terrae supereminet. Si supereminetia levitatem faciat, levissimus erit. Si levitas causa sit lationis sursum, proculdubio sursum feretur. A tota aeris sphaera sursum nequaquam fertur, suo loco stat universa. Vel etiam suprema eius pars quam maxima fertur in orbem, si quae particulae aeris istius totius moventur, non quidem sursum moventur, nullus enim id sensus percipit. Sed obliquae feruntur. Si quis aiat id aliena vi impellente fieri, tum inferam ego, ergo natura neque sursum, neque oblique, neque deorsum etiam ferentur. Falsum ergo est aerem natura sursum ferri, quando nec totus nec partes eius naturaliter sitae sursum moventur.

Si quis aer sub terrae cavitatibus aut sub aqua recens generetur vel detineatur, is profecto naturali suo loco non est situs, si inde liberetur et ad congenerem aerem evolet, cur potius levitatem eius motus causam asseramus, quam vel naturale desiderium partis toti suo uniri cupientis? Aut totius ipsius partem ad se naturaliter attrahentis desiderio [454] perfectionis? Aut quod potentissimum videatur, partis ipsiusmet inter contraria locatae ac propriae eius substantiae inimica et destruentia, omnibus viribus inde effugere admitentis ad similia, ad conservantia, ad foventia? Nullus ergo est aeri a medio et sursum motus, si in sua natura est constitutus. Si vero in loco praeter naturam sit indeque evolans ad congenerem aerem feratur, nulla est ratio probabilior eum levitate eo ferri, quam alia quavis de tribus dictis.

Non negamus aerem levem esse ad pondus. At Aristoteles etiam gravem asseruit 2. *De elementis*, cum ait:<sup>17</sup> *Alias vero et grave et leve, quibus ambo insunt: etenim supernatant quibusdam et subsunt ut aer et aqua.* Mixtum ergo quid habet aer levitatis et gravita-

<sup>17</sup> Ἄλλως δὲ βαρὺν καὶ κοῦφον, οἷς ἀμφοτέρω ὑπάρχει καὶ γὰρ ἐπιπολάζουσί τισι καὶ ὑφίστανται, καθάπερ ἀἴρ καὶ ὕδωρ. [ARIST. Cael. 311a.22–24]



## O ZRAKU KAO ELEMENTU

Pristupimo zraku za kojega je utvrđeno da postoji u prirodi; on, kada je dokinuta sfera vatre, lebdi nad ostalima, vodom i zemljom; ako *lebdjenje nad* može činiti laganost, bit će najlaganiji. Ako je laganost uzrok pomicanja prema gore, bit će bez sumnje nošen prema gore. Od cijele sfere zraka nikada ne biva nošen prema gore, sveukupna <sfera> stoji na svojem mjestu, ili također njezin najviši i ponajveći dio biva nošen u krug. Ako se neki djelići tog cijelog zraka kreću, ne kreću se prema gore, naime to ne dohvaća nijedno osjetilo, nego bivaju nošeni zakrivljeno. Ako netko kaže da to biva jer ga tuđa sila tjera, tada ću ja reći: dakle po prirodi ne biva nošen niti prema gore, niti zakrivljeno, niti prema dolje. Netočno je, dakle, da zrak po prirodi biva nošen prema gore, kada se niti cijeli, niti njegovi dijelovi, prirodno smješteni, ne kreću prema gore.

Ako neki zrak pod udubljenjima zemlje ili pod vodom nastaje kao nov ili biva zadržavan, on doista nije smješten na svojem prirodnom mjestu; ako bi se odanle oslobodio i odletio srodnom zraku, zašto bismo radije tvrdili da je uzrok tog kretanja laganost, nego prirodna želja dijela koji se želi ujediniti sa svojom cjelinom, ili <želja> same cjeline koja prirodno privlači vlastiti dio k sebi iz želje za [454] savršenstvom? Ili, što bi se činilo najjačim, <želja> samog dijela smještenog između kontrarnog i neprijateljskog njegovoj vlastitoj supstanciji, koje ju uništava – koji pokušava svim silama odanle pobjeći k sličnom, k onom koje čuva i koje mu je sklono. Zrak nema dakle nikakvo kretanje od središta i prema gore, ako je uspostavljen u svojoj naravi. Ako je pak u mjestu mimo prirode, te izlijećući odatle biva nošen prema srodnom zraku, nijedan razlog nije vjerojatniji da tamo biva nošen laganošću, nego nekim drugim od <ona> tri rečena.

Ne nijećemo da je zrak lagan po težini. A Aristotel također tvrdi da je težak u 2. knjizi *O elementima* kad kaže: »Inače su i teški i lagani; oni imaju i jedno i drugo, jer plivaju nad nekima i ispod su <drugih>, kao zrak i vatra.« Zar zrak ima nešto mi-

tis? Aer ergo et ad medium et a medio feretur. Si inquit quis de Peripato id non motui, sed supernatantiae et subsidentiae ab Aristotele tribui, quod scilicet aer supernatet aquae, subsit igni, rogabo an utrumque levitati aeris vel alterum tribuendum? Si  
 5 utrumque dicat, quomodo ergo supernatantia levitati tantum tribuebatur antea? Si et alterum, quomodo leve etiam subest? Sed si levitas neutrius illius causa fuerit, sed causa sit motus sursum, tunc iterum rogabo: si aer natura sua levis est atque ideo sursum fertur, quo pacto in terrae specus descendit, qui motus gravium  
 10 est? Aient vacui vitandi causa eum descendere.

Esto, sed interrogo, motus aeris eo naturalisne est an violentus? Si naturalem dicant, tunc aer duos habebit motus naturales et quidem invicem contrarios. Cui rei contraria scripsit Aristoteles 1. *De elementis*:<sup>18</sup> *Etiam si multi sint, qui praeter naturam, at  
 15 qui secundum naturam, unus est motus. Secundum enim naturam simpliciter, praeter naturam autem habet multos<sup>ii</sup> unumquodque.* Ergo motus aeris deorsum non est naturalis, ergo praeter naturam et violentus. Tum rogamus, cur natura hanc vim inferat corpori tam nobili? Nonne satius fuit eum specus terra repleri, quam  
 20 vim principibus corporibus inferre et vim quidem perpetuam. Si specus perpetuo specus permaneat. Perpetuam istam violentiam cur patitur natura, si nullum violentum durabile dixit Aristotelesmet idem?

Sed Peripatus uti hos scopulos effugiat, aliquam machinam  
 25 struet, qua monstret non eundem aerem in eadem specu perpetuo manere, sed in dies eum egredi, alium ingredi. Quaeso eos an hunc aeris Euripum sensu deprehenderint vel ratione id finxerint? Si sensu, ostendant nobis quoque non omnino caecis

<sup>18</sup> καὶ εἰ πολλαὶ αἱ παρὰ φύσιν, τὴν κατὰ φύσιν μίαν· κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἀπλῶς, παρὰ φύσιν δ' ἔχει πολλὰς ἕκαστον. [ARIST. Cael. 300a.25–27]

<sup>ii</sup> Corr. ex multas

ješano od laganosti i teškosti? Zrak će, dakle, biti nošen prema središtu i od središta. Ako bi netko iz peripatetičke škole rekao da to Aristotel nije pripisao kretanju, nego *plivanju nad* i *bivanju ispod*, jer zrak pliva nad vodom, a ispod je vatre, pitat ću, da li se 5 jedno i drugo treba pripisati laganosti zraka, ili jedno od dvoga? Ako bi rekao jedno i drugo, kako se onda prije samo *plivanje nad* pripisivalo laganosti? Ako i ono drugo, kako ono lagano također *biva ispod*? Ali, ako laganost nije bila uzrok nijednoga, nego je uzrok kretanja *prema gore*, tada ću ponovo pitati: ako je zrak po 10 svojoj prirodi lagan i zato biva nošen prema gore, na koji način silazi u pećinu zemlje, kakvo je kretanje teških <stvari>? Reći će da on silazi iz razloga da izbjegne prazan prostor.

Neka bude, ali pitam, je li kretanje zraka onamo prirodno ili nasilno? Ako bi rekli da je prirodno, tada će zrak imati dva 15 prirodna kretanja i zaista međusobno kontrarna. Suprotno toj stvari pisao je Aristotel u 1. knjizi *O elementima*: »Ako i postoje mnoga kretanja koja su mimo prirode, no u skladu s prirodom samo je jedno kretanje. Naime u skladu s prirodom je jednostavno <kretanje> a mimo naravi svako pojedino <tijelo> ima mnoga <kretanja>.« Stoga kretanje zraka *prema dolje* nije prirodno, nego 20 je *mimo prirode* i *nasilno*. Tada pitamo, zašto priroda nanosi to nasilje tako plemenitom tijelu. Nije li bilo korisnije da se ona špilja ispuni zemljom, nego nanositi nasilje prvotnim tijelima i to zaista trajno nasilje, ako bi špilja trajno ostala špilja. Zašto priroda trpi tu trajnu nasilnost – ako ništa nasilno nije trajno – rekao je 25 sam Aristotel?

No peripatetička će škola da izbjegne te stijene, stvoriti neku spravu da pokaže da ne ostaje trajno isti zrak u istoj špilji, nego da on dnevno izlazi a drugi ulazi. Molim ih, da li su taj zračni tjesnac<sup>5</sup> dohvatili osjetilom, ili su to razlogom izmislili. Ako su osjetilom <dohvatili>, neka pokažu i nama ne sasvim slijepima ili 30

<sup>5</sup> Odnosno: tog Euripa. Eurip je ime kanala između otoka Eubeje i grčkog kopna. Karakteristika tog morskog tjesnaca redovita su i neredovita strujanja plime i oseke. U mitologiji Eurip je bio čovjek koji je htio istražiti plimu i oseku u Euripu – tjesnacu i pritom se utopio želeći preplivati tjesnac na najužem i najopasnijem dijelu. Na ovom mjestu ne govori Petrić o Euripu u kontekstu plime i oseke, nego naprosto procjepa, tjesnaca.

aut insensatis, si ratione qua dixi, uti Aristotelem salvent, praeferrimus nos non admodum acutissimi rationem eam, quae rerum naturam salvet, sensui consentiat. Qui metalla, qui sales fodiunt, deprehendunt specus ingentes et aqua et aere plenas nullo in  
5 superficie terrae hiatu. Quibus ergo rimis illuc Euripus a terrae primordiis immeavit? Quibus est regressus? Teretismata ergo haec a philosophia eiicienda. Reicienda ea quoque e quibus haec oriuntur, aerem sursum natura ferri. Elementa enim tota non a medio, non ad medium ferri, sed quietem istis motibus agere,  
10 partes quoque eorum itidem quieturas perpetuis temporibus, si suis totis haereant, si vero vel avellantur, vel alieno loco generentur, vel detineantur, a motis obicibus ad tota sua seu ea inferiora seu superiora sint, quam citissime possint, accurrent.

### DE AQUA ELEMENTO

15 Aliud illud dogma de aqua: eam gravem esse ideoque naturaliter deorsum atque ad medium ferri, simile est priori. Quo enim pacto per tot scaturigines ubique terrarum de inferiore loco ad superiorem saliunt? Idque perenniter perpetuoque? Machinam adhibent priore faciliorem. Aquam sane gravitate deorsum  
20 motum ciere naturaliter, sed ita ut locus a natura ei sit statutus in superficie terrae, in confinio terrae et aeris, ut terrae supernatet, ut aeri subsideat. Si id verum est, cur sub terra tanta vis aquarum, loco illi non naturali semper reperitur? Cur illi ista vis a natura infertur? Cur terra ea loca non implevit, ne natura vim  
25 pateretur? Neque enim debuit esse tanta vis vacui replendi, ut perpetuo vim pateretur natura, cum repletionis remedio uti posset. Isto modo naturam, quam nihil frustra facere, quam omnia ad optimum finem dirigere laudamus, vel impotentiae, vel inscitiae accusamus, quae nescierit nequiveritque res suas ita di-

nerazumnima; ako <su izmislili> s razlogom, za koji sam rekao da spase Aristotela – mi ne tako jako oštroumni više volimo onaj razlog koji bi spasio prirodu i koji bi bio u skladu s osjetilom. Oni koji kopaju metale, sol, pronalaze velike špilje pune i vode i zraka bez ikakvog otvora na površini zemlje. Kojim je dakle izvornim pukotinama sa zemlje Eurip<sup>6</sup> onamo ušao, kroz koje je izašao? Treba ta *teretismata*<sup>7</sup> izbaciti iz filozofije. Treba odbaciti također i ono iz čega to nastaje: da zrak po naravi biva nošen *prema gore*. Cjelokupni, naime, elementi ne bivaju nošeni niti od središta, niti k središtu, nego miruju s obzirom na ta kretanja; njihovi dijelovi isto tako će mirovati u neprestanim vremenima, ako su pri svojim cjelinama; ako pak ili bivaju otkinuti, ili nastanu na tuđem mjestu, ili bivaju zadržavani, kad se maknu prepreke otići će što brže mogu k svojim cjelinama bilo da su niže ili više.

## O VODI KAO ELEMENTU

Onaj drugi poučak o vodi, da je teška i stoga da prirodno biva nošena prema dolje k središtu, sličan je prethodnome. Na koji način kroz tolike izvore posvuda na zemlji izviru <vode> iz nižeg mjesta k višemu – i to vječno i neprestano? Primjenjuju stroj, lakši od prethodnog. Da se voda <kažu> uistinu prirodno težinom pokreće *prema dolje*, ali tako da joj je mjesto po prirodi određeno na površini zemlje, na razmeđi zemlje i zraka, tako da pliva *nad* zemljom, a da se smjestila *ispod* zraka. Ako je to istinito, zašto se pod zemljom uvijek nalazi tolika sila vodâ, na mjestu neprirodnom, zašto joj priroda nanosi tu silu? Zašto zemlja nije ispunila ta mjesta da priroda ne bi trpila silu. Nije naime trebala biti tolika sila da se ispuni praznina da bi priroda neprestano trpila silu, kad bi se <priroda> mogla poslužiti lijekom ispunjavanja. Na taj način prirodu koju hvalimo da ništa ne čini uzalud, da sve upućuje k najboljem cilju, optužujemo za nemoć ili neznanje, jer nije znala i nije mogla svoje stvari tako urediti da bi daleko od nje

<sup>6</sup> Odnosno: tjesnac, usp. str. 469. bilj. 5.

<sup>7</sup> Usp. str. 161. bilj. 10.

sponere, ut ab ea procul esset vis omnis et [455] violentia. Aliter itaque longe est de aeris et aquae motibus statuendum, quam sit ab Aristotele statutum.

In quibus etiam illud disquisitione dignum. Quomodo dicta  
 5 sint levia a medio moveri, gravia ad medium. Medium istud  
 quid nam est? Terrane tota an centrum universi? Videtur Aristote-  
 teli centrum universi, cum ait 1. *De elementis*:<sup>19</sup> *Continet vero om-*  
*nia, quae moventur sursum et deorsum, extremum et medium.* Nam  
 ut extremum, non aliud est quam extrema universi superficies, ita  
 10 medium universi centrum est dicendum. Tum rogamus centrum  
 istud nonne aequae undequaque ab extremis distat? Annuent opi-  
 nor; extremum autem istud sursum est? Et id concedent.

Cur ergo ignis Aristotelicus ad extremum μεσουράνημα, ad  
 angulos rectos sphaerales tendit, ad verticale punctum? Non au-  
 15 tem orientem aut occidentem versus aut alias coeli partes, vel  
 aequae vel non aequae a vertice distantes, cum aequae omnes a cen-  
 tro distent? Si vera sunt illa 1. *De coelo*:<sup>20</sup> *Ignis enim motum vide-*  
*mus a medio per rectum.* Nonne rectae lineae sunt omnes a centro  
 ad circumferentiam brevissimae et non sola ea, quae ad verti-  
 20 cem est erecta? cur ergo ignis hanc solam eligit, reliquas refugit?  
 Si ad has feretur, non ideo non a medio feretur, non recta, non  
 ad extremum, non sursum, et sane ignis eorum, qui in nostro  
 horizonte habitant, ad verticem eorum fertur: cur ignis noster,  
 igni illorum cognatus, non ad illorum verticem volvitur? Ignis  
 25 Antipodum nostrorum cur ad verticem nostrum non tendit, sed  
 ad verticem illorum? Cur non ad alias coeli plagas? Qui motum  
 levium sursum statuerunt, haec dubia solvant necesse habent, si  
 positiones suas determinatas tueri velint et haec praeterea alia.  
 In planis hisce tam amplis si quis lapidem sursum iaciat, qui ad  
 30 pedes recidat, cur ad angulos rectos cadit, non autem ad obli-  
 quos aut acutos? Cum aequae ad medium feratur.

<sup>19</sup> περιέχει δὲ πάντα τὰ κινούμενα ἄνω καὶ κάτω τό τε ἔσχατον καὶ τὸ μέσον, [ARIST. Cael. 310b.8–9]

<sup>20</sup> πρὸς γὰρ κίνησιν ὀρώμεν τὴν ἀπὸ τοῦ μέσου κατ' εὐθεΐαν. [ARIST. Cael. 269b.12–13]



bila svaka sila i [455] nasilnost. Daleko drugačije treba utvrditi o kretanjima zraka i vode nego što je Aristotel utvrdio.

U tome je također ono dostojno istraživanja: na koji se način kaže da se lagano kreće od središta, a teško k središtu. Što je to središte, da li cijela zemlja ili središte sveukupnosti? Čini se da je Aristotelu to središte sveukupnosti kad kaže u 1. knjizi *O elementima*: »Sadrži pak sve ono što se kreće prema gore i prema dolje, krajnje i srednje.« Naime kao što krajnje nije drugo nego krajnja površina sveukupnosti, tako se za ono srednje mora reći da je središte sveukupnosti. Tada pitamo, da li to središte nije sa svih strana jednako udaljeno od krajnosti? Klimnut će, mislim. Da li je to krajnje gore? I to će dopustiti.

Zašto, dakle, Aristotelova vatra teži ka krajnosti μεσουράνημα<sup>8</sup>, k pravim sfernim kutovima, k točki osi, a ne prema istoku ili zapadu, ili prema drugim dijelovima neba koji su ili jednako ili nejednako udaljeni od osi – kad su svi jednako udaljeni od središta? Ako su istinite one <riječi> u 1. knjizi *O nebu*: »Vidimo, naime, da je kretanje vatre od središta po ravnoj crti.« Nisu li sve ravne crte od središta prema kružnici najkraće, a ne samo ona koja je uspravljena prema osi. Stoga vatra samo nju izabire, ostale izbjegava? Ako bi bila nošena k njima, ne bi li bila nošena isto tako, od središta, <ne bi li bila nošena> pravocrtno, ka krajnosti, prema gore? I vatra onih koji stanuju na našem horizontu biva nošena k njihovoj osi, zašto se naša vatra, srodna njihovoj vatri ne okreće k njihovoj osi? Zašto vatra naših antipoda ne teži k našoj osi, nego k njihovoj osi, zašto ne k ostalim stranama neba? Oni koji su utvrdili kretanje laganoga prema gore, neka riješe te dvojbe, nužno im je, ako bi htjeli vidjeti da su njihova stajališta određena; a osim toga i drugo: na ovim tako prostranim ravninama ako bi netko u vis bacio kamen koji pada k nogama, zašto pada pod pravim kutovima, a ne pod kosim ili oštrim, kad bi jednako bio nošen prema središtu?

<sup>8</sup> Usp. SIMPLICIUS, In Ph 9.634.1–3: εἰ οὖν μήτε ἀνατολὴ μήτε δύσις εἴη μήτε μεσσοῦ ράνημα, κινηθήσεται μὲν ὁμοίως ὁ οὐρανός, ἡμεῖς δὲ τῶν διαφορῶν θέσεων τεκμήρια οὐχ ἕξομεν.

Deinde alius a me mille passibus distans iaciat lapidem alterum, is itidem decidet ad angulos rectos, duo hi lapides in descensu lineas duas parallelas ad invicem formarunt per 6. propositionem XI. libri Euclidis. Si parallelae sunt, profecto numquam  
5 concurrent ex mathematicum principiis, non ergo in centrum universi ambae protractae concurrent. Quo modo ergo lapides illi ambo ad medium motum suum cierunt?

De qualitate duplici elementorum, de earum contrarietatibus invicemque actionibus alius erit discutiendi locus.



INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

Potom, drugi koji je od mene udaljen tisuću koraka, neka baci drugi kamen; taj će također padati po pravom kutu; ta će dva kamena u padu tvoriti međusobno dvije paralelne crte po 6. propoziciji 11. Euklidove knjige<sup>9</sup>. Ako su paralele, sigurno se neće susresti po načelima matematičara; neće, dakle, obje produ- 5 žene zajedno pasti u središte sveukupnosti. Stoga će se ona dva kamena kretati k središtu?

O dvostrukoj kvaliteti elemenata, o njihovim kontrarnostima i međusobnim djelovanjima raspravit će se na drugom mjestu.

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

---

<sup>9</sup> EUCLIDES, *Elementa*, 11.6.1–2: Ἐὰν δύο εὐθεῖαι τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ᾤσιν, παράλληλοι ἔσονται αἱ εὐθεῖαι. (Si duae rectae lineae AB, CD eidem plano ad rectos angulos fuerint, parallelae ipsae rectae lineae AB, CD. Campanusov prijevod: Si fuerint duae lineae super unam superficiem perpendiculares eas aequidistantes esse necesse est.)

DISCUSSIONUM PERIPATETICARUM  
TOMI IIII LIBER IX

DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE

- 5 Asseruit Aristoteles libro 2. *De generatione et corruptione* melius et praestantius esse ipsum esse, quam contrarium, non esse. His verbis:<sup>1</sup> *Quoniam in omnibus semper melius expetere dicimus naturam: melius autem ipsum esse, quam ipsum non esse. Natura esse cupit, non esse ergo refugit et abhorret. Quoniam vero esse non omnibus re-*  
10 *bus aequae contingit, neque possunt res omnes semper esse: subdit deum providisse, ut quae res semper esse non possunt, successio-*  
*nem semper haberent:*<sup>2</sup> *Hoc vero (esse) in omnibus impossibile est esse, eo quod procul a principio distent, reliquo modo adimplevit universum deus continuam faciens generationem. Sic enim maxime continuabitur*  
15 *esse eo, quia prope sit essentiae fieri semper generationem, huius vero, ut multoties dictum est, causa est circularis latio. Inter loca, quibus id dixit, hic est:*<sup>3</sup> [456] *Amplius vero, cum secundum lationem motus demonstratum est, quod sit aeternus, necesse est his stantibus etiam ge-*  
*nerationem esse continue, latio enim faciet generationem continue.*  
20 Non omnis autem motus faciet generationem, sed motus circularis nempe coelestis, et causam reddit statim: διὰ τὸ

<sup>1</sup> ἐπεὶ γὰρ ἐν ἅπασιν αἰεὶ τοῦ βελτίονος ὀρέγεσθαι φαμεν τὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι ἢ τὸ μὴ εἶναι. [ARIST. GC 336b.27–29]

<sup>2</sup> τοῦτο δ' ἀδύνατον ἐν ἅπασιν ὑπάρχειν διὰ τὸ πόρρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, ἐνδελεχῆ [ἐντελεχῆ] ποιήσας τὴν γένεσιν· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα συνείροιο [συνείρητο] τὸ εἶναι διὰ τὸ ἐγγύτατα [ἐγγύς] εἶναι τῆς οὐσίας τὸ γίνεσθαι αἰεὶ {καὶ} τὴν γένεσιν. Τούτου δ' {αἰτίον}, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, <αἰτία> ἢ κύκλῳ φορᾶ. [ARIST. GC 336b.30–337a.1]

<sup>3</sup> Ἐτι δὲ ἐπεὶ [ἐπειδὴ] ἢ κατὰ τὴν φορὰν κίνησις δέδεικται ὅτι αἰδιος, ἀνάγκη τούτων ὄντων καὶ γένεσιν εἶναι συνεχῶς· ἢ γὰρ φορᾶ ποιήσει τὴν γένεσιν ἐνδελεχῶς [ARIST. GC 336a.15–17]

[455]<sup>1</sup>

## PERIPATETIČKE RASPRAVE SVEZAK IV. KNJIGA 9.

### O NASTAJANJU I PROPADANJU

Aristotel je u 2. knjizi *O nastajanju i propadanju* tvrdio da je 5  
bolji i izvrsniji sam bitak, nego suprotno – ne-bitak ovim riječi-  
ma: »Budući da kažemo da u svemu priroda uvijek teži za bo-  
ljim, bolji je sam bitak, nego sam ne-bitak.« Priroda želi bitak, ne-  
bitak dakle izbjegava i grozi <ga> se. Budući pak bitak ne dotiču  
sve stvari jednako, niti sve stvari mogu uvijek biti, dodaje da se 10  
bog pobrinuo da one stvari koje ne mogu uvijek biti, imaju uvijek  
sljedništvo. »To pak (bitak), nemoguće je da bude u svim <stva-  
rima>, zato jer su daleko udaljene od počela, na preostali način  
ispunio je bog sveukupnost, čineći nastajanje neprekidnim. Tako  
će se naime ponajviše nastavljati bitak, time jer je <to> nešto bli- 15  
zu biti – da uvijek biva nastajanje; a uzrok je pak toga, kako je  
rečeno na mnogim mjestima, kružno pomicanje.« Među mjesti-  
ma na kojima je to rekao je i ovo: [456] »Dalje pak, budući da je  
dokazano da je kretanje s obzirom na pomicanje vječno, nužno  
je, ako to stoji, da je nastajanje kontinuirano, jer će <to> pomica- 20  
nje kontinuirano činiti nastajanje.«

Neće svako kretanje učiniti nastajanje, nego kružno kreta-  
nje i to nebesko, te odmah iznosi i uzrok: διὰ τὸ προσάγειν καὶ

<sup>1</sup> krivo paginirano 555

προσάγειν καὶ ἀπάγειν τὸ γεννητικόν<sup>4</sup> *eo quod adducat et abducat generativum*. Sed quia in inferioribus his non solum est generatio, sed etiam corruptio continua, quandoquidem ut ipse docuit: generatio unius est corruptio alterius; hae autem sunt inter se  
 5 contrariae, contrarias ergo causas necesse est eas habere:<sup>5</sup> *Contrariorum enim causae sunt contrariae*. Contrarias ergo lationes necesse est esse, quae sint causae contrariorum effectuum, generationis et corruptionis. Si contrarias, plures ergo una, duas scilicet ac propterea intulit:<sup>6</sup> *Ideo etiam non prima latio causa est generationis et corruptionis, sed ea, quae est secundum Obliquum circulum, in hac*  
 10 *enim et continuum unum est et moveri duos motus*.

Qua vero ratione id sit necessarium, exposuit statim:<sup>7</sup> *Necesse est enim, si semper futura est continua generatio et corruptio, semper quidem aliquid moveri, ut non deficiant hae mutationes, duo*  
 15 *autem, ut ne alterum eveniat solum*. Perpetuitatis ergo causa erit perpetuus coeli motus:<sup>8</sup> *Continuitatis ergo universi latio causa est*. Contrarietatis autem mutationum: ἡ ἔγκλισις τοῦ λοξοῦ κύκλου, *inclinatio Obliqui circuli*. In quo *generativum*, γεννητικὸν adducitur et abducitur, qui sunt motus contrarii. Dixerat enim  
 20 ut generatio et corruptio inter se contrariae fierent:<sup>9</sup> *Plures esse motus oportet et contrarios sive latione sive inaequalitate*. Contrarietatem autem istam non esse eam, quae sit in latione, sed eam, quae est in inaequalitate, cuius causa est inclinatio, docet quomodo:<sup>10</sup> *Accidit enim quandoque procul, quandoque vero prope*. Quod

<sup>4</sup> [ARIST. GC 336a.17–18]

<sup>5</sup> τῶν γὰρ ἐναντίων τὰναντία αἰτία. [ARIST. GC 336b.9]

<sup>6</sup> διὸ καὶ οὐχ ἡ πρώτη φορὰ αἰτία ἐστὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον· ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ συνεχές <έν> ἐστὶ καὶ τὸ κινεῖσθαι δύο κινήσεις· [ARIST. GC 336a.31–34]

<sup>7</sup> ἀνάγκη γάρ, εἴ γε ἀεὶ ἔσται συνεχῆς γένεσις καὶ φθορά, ἀεὶ μὲν τι κινεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐπιλείπωσιν αὐταὶ αἰ μεταβολαί, δύο δ', ὅπως μὴ θάτερον συμβαίνει μόνον. [ARIST. GC 336a.34–b.2]

<sup>8</sup> Τῆς μὲν οὖν συνεχείας ἢ τοῦ ὅλου φορὰ αἰτία, [ARIST. GC 336b.2–3]

<sup>9</sup> Δεῖ δὴ πλείους εἶναι τὰς κινήσεις καὶ ἐναντίας, ἢ τῇ φορᾷ ἢ τῇ ἀνωμαλίᾳ· [ARIST. GC 336a.29–30]

<sup>10</sup> συμβαίνει γὰρ ὅτ' ἐν πόρῳ {γίνεσθαι} ὅτ' ἐγγύς. [ARIST. GC 336b.4–5]



ἀπάγειν τὸ γεννητικόν, zato što dovodi i odvodi ono što čini nastajanje. No zbog toga što u ovim nižim <stvarima> postoji ne samo nastajanje, nego također i kontinuirano propadanje, kad je, kako je sam poučavao, nastajanje jednog propadanje drugog: a <nastajanje i propadanje> međusobno je kontrarno: nužno je, dakle, da oni imaju kontrarne uzroke: »Uzroci kontrarnog su, naime, kontrarni.« Nužno je, dakle, da postoje kontrarna pomicanja koja su uzroci kontrarnih posljedica, nastajanja i propadanja. Ako <su> kontrarna, dakle više <ih je> od jednog, tj. dva i zbog toga je uveo: »Stoga također nije prvo pomicanje uzrok nastajanja i propadanja, nego ono koje je prema Kosoj kružnici; u njemu postoji jedno kontinuirano <kretanje> i pokretanje dvaju kretanja.«

Iz kojeg je to razloga nužno izložio je odmah: »Nužno je, naime, ako uvijek bude kontinuirano nastajanje i propadanje, da se uvijek nešto kreće da ne nedostaju te promjene, a <nužno je> da su dva <kretanja>, da se ne bi događalo samo jedno od dvoga<sup>2</sup>.« Stalno kretanje neba bit će uzrok stalnog trajanja. »Dakle, pomicanje sveukupnosti je uzrok kontinuiranosti.« A <uzrok> je kontrarnosti promjena: ἡ ἔγκλισις τοῦ λοξοῦ κύκλου<sup>3</sup> »nagnutost Kose kružnice.« U njemu se γεννητικόν, ono što uzrokuje nastajanje, dovodi i odvodi, a to su kontrarna kretanja. Rekao je naime kako su nastajanje i propadanje međusobno kontrarni: »Treba biti više kretanja i to kontrarnih, ili pomicanjem, ili nejednakošću.« A da ta kontrarnost nije ona koja je u pomicanju, nego ona koja je u nejednakosti, čiji je uzrok nagib – poučava ovako: »Događa se, naime, <da je> ponekad daleko, ponekad pak bli-

<sup>2</sup> Tj. samo nastajanje ili samo propadanje.

<sup>3</sup> Usp. PHILOPONUS, In GC 14,2.291.24–27: καὶ φησιν ὅτι τὸ μὲν συνεχὲς ταύτη ἐστὶ διὰ τὴν ὅλην τοῦ ἡλίου σφαῖραν ἀδίως κινουμένην, τὸ δὲ προσιέναι, φησί, καὶ ἀπιέναι, ὅπερ ἡ ἀνωμαλία, διὰ τὴν ἔγκλισιν τοῦ λοξοῦ κύκλου.

quidem est inaequalitas in distantia:<sup>11</sup> *Inaequali vero distantia existente inaequalis erit motus. Ita ut sequatur necessario:*<sup>12</sup> *Itaque si eo, quod accedat et prope sit, generat, etiam eo, quod recedat et procul fiat, hoc ipsum corrumpit. Et si eo, quod multoties accedat, generat, etiam*  
 5 *eo, quod multoties recedat, corrumpit. Contrariorum enim contrariae sunt causae. Unde etiam sequitur, ut ambae in aequali tempore fiant:*<sup>13</sup> *Et in aequali tempore corruptio et generatio ea, quae secundum naturam.*

Ita quoque tempora et vitae singularum rerum numerum  
 10 *habent eoque terminantur, omnia enim sunt ordine disposita et omne tempus et omnis vita dimensa est periodo temporis longiore et brevioris, scribit namque:*<sup>14</sup> *Ideo et tempora et vitae singularum numerum habent et hoc terminantur, omnium enim ordo est et omne tempus et vita mensuratur periodo. Neque id solum, sed etiam omnia*  
 15 *quaecumque in se invicem transmutantur, circula rem motum imitantur. Sic enim scribit:*<sup>15</sup> *Ideo et alia quaecumque mutantur in invicem, secundum passiones et potentias, veluti simplicia corpora imitantur circulo lationem.*

Quo autem modo ea imitatio fiat, subdit:<sup>16</sup> *Quando ex aqua aer*  
 20 *fiat et ex aere ignis et rursus ex igne aqua, circulo dicimus circumcurrisse generationem, quoniam rursus redeat. Neque id solum in eorum*

<sup>11</sup> Ανίσου δὲ τοῦ διαστήματος ὄντος ἀνώμαλος ἔσται ἡ κίνησις· [ARIST. GC 336b.5–6]

<sup>12</sup> ὥστ' εἰ τῷ προσιέναι καὶ ἐγγὺς εἶναι γεννᾶ, <καὶ> τῷ ἀπιέναι ταῦτόν τοῦτο καὶ πόρρω γίνεσθαι φθείρει, καὶ εἰ τῷ πολλάκις προσελθεῖν [προσιέναι] γεννᾶ, καὶ τῷ πολλάκις ἀπελθεῖν φθείρει· τῶν γὰρ ἐναντίων τᾶναντία αἰτία. [ARIST. GC 336b.6–9]

<sup>13</sup> Καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ {καὶ} ἡ φθορὰ καὶ ἡ γένεσις ἡ κατὰ φύσιν. [ARIST. GC 336b.9–10]

<sup>14</sup> Διὸ καὶ οἱ χρόνοι καὶ οἱ βίοι ἐκάστων ἀριθμὸν ἔχουσι καὶ τούτῳ διορίζονται· πάντων γὰρ ἔστι τάξις, καὶ πᾶς βίος καὶ χρόνος μετρεῖται περιόδῳ, [ARIST. GC 336b.10–13]

<sup>15</sup> Διὸ καὶ τᾶλλα ὅσα μεταβάλλει εἰς ἄλληλα κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς δυνάμεις, οἷον τὰ ἀπλᾶ σώματα, μιμεῖται τὴν κύκλῳ φορᾶν· [ARIST. GC 337a.1–4]

<sup>16</sup> ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀἴρ γεννηται καὶ ἐξ ἀέρος πῦρ καὶ πάλιν ἐκ <τοῦ> πυρὸς ὕδωρ, κύκλῳ φαμέν περιεληλυθέναι τὴν γένεσιν διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν. [ARIST. GC 337a.4–6]

zu.« To je doista nejednakost u udaljenosti. »Ako postoji nejednaka udaljenost, kretanje će biti nejednako.« Tako da nužno slijedi: »Stoga, ako time što pristupa i biva blizu, čini da nastaje, također time što se udaljava i biva daleko, čini da to isto propada. I ako time što mnogo puta pristupa, čini da nastaje, također time što se mnogo puta udaljava, čini da propada. Uzroci su kontrarnog, naime, kontrarni.« Odatle također slijedi da oboje <nastajanje i propadanje> biva u jednakom vremenu. »I u jednakom je vremenu i propadanje i nastajanje koje je prema prirodi.«

Tako i vremena i životi pojedinih stvari imaju broj i njime su omeđeni; sve je, naime, raspoređeno u redu: svako vrijeme i svaki život izmjeren je dužim ili kraćim razmakom vremena, jer piše: »Tako i vremena i životi pojedinih imaju broj i njime su omeđeni, postoji red svega i svako vrijeme i život izmjereni su razmakom <vremena>.« I ne samo to, nego i sve što se međusobno mijenja jedno u drugo oponaša kružno kretanje. Tako, naime, piše: »Stoga i drugo koje se pretvara međusobno jedno u drugo, u skladu s trpnjama i moćima, kao jednostavna tijela, oponaša pomicanje u krugu.«

Na koji način to oponašanje biva, dodaje: »Kada iz vode biva zrak, iz zraka vatra i opet iz vatre voda, kažemo da je nastajanje obišlo krug, jer se ponovno vraća.« I ne biva to samo u njih-

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

alterna generatione fit, sed etiam in motu eorum recto imitatio circularis motus conspicitur:<sup>17</sup> *Itaque etiam recta horum latio imitans circularem continua est.* Non enim continue in se invicem transmutantur, sed ut transmutentur continue etiam ascendunt et descendunt. Hi enim sunt motus simplicium corporum recti. Quam rem primo *Meteoro* luculentissime expressit et simul, quid sit illud generativum, quid inaequalitas motus, quid accedere [461<sup>i</sup>] et recedere, quid procul, quid prope, exposuit his verbis:<sup>18</sup> *Ut movens sane et princeps et primum principiorum est circulus, in quo manifeste Solis latio, disgregans et congregans, eo quod fiat prope vel longius causa est generationis et corruptionis.*

Id quo modo sit, declarat:<sup>19</sup> *Manente vero Terra, quod est circa eam humidum, a radiis et ab alio, qui sursum venit calore in vaporem resolutum, fertur sursum. Habet deinde:*<sup>20</sup> *Compingitur rursus vapor frigefactus ob defectum caloris et ob locum. Et fit aqua ex aere. Et facta fertur rursus ad Terram. Quam rem fine 2. De elementis sic expresserat:*<sup>21</sup> *Veluti aquae et aer circulo facta. Et si quidem nubes erit, oportet etiam pluere. Et si pluat, oportet et nubem esse.*

Quem progressum nominavit circulum verbis illa sequentibus:<sup>22</sup> *Fit autem circulus iste imitans Solis circulum, [etc.]. Haec*

<sup>17</sup> Ὅστε καὶ ἡ εὐθεῖα <τούτων> φορὰ μιμουμένη τὴν κύκλω συνεχῆς ἐστίν. [ARIST. GC 337a.6–7]

<sup>18</sup> ἡ μὲν οὖν ὡς κινουσα καὶ κυρία καὶ πρώτη τῶν ἀρχῶν ὁ κύκλος ἐστίν, ἐν ᾧ φανερώς ἡ τοῦ ἡλίου φορὰ διακρίνουσα καὶ συγκρίνουσα τῷ γίγνεσθαι πλησίον ἢ πορρώτερον αἰτία τῆς γενέσεως καὶ τῆς φθορᾶς ἐστίν. [ARIST. Mete. 346b.20–23]

<sup>19</sup> μενούσης δὲ τῆς γῆς, τὸ περὶ αὐτὴν ὑγρὸν ὑπὸ τῶν ἀκτίνων καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης τῆς ἀνωθεν θερμότητος ἀτμιδούμενον φέρεται ἄνω [ARIST. Mete. 346b.23–26]

<sup>20</sup> συνίσταται πάλιν ἡ ἀτμίς ψυχομένη διὰ τε τὴν ἀπόλειψιν τοῦ θερμοῦ καὶ τὸν τόπον, καὶ γίγνεται ὕδωρ ἐξ ἀέρος· γενόμενον δὲ πάλιν φέρεται πρὸς τὴν γῆν. [ARIST. Mete. 346b.29–31]

<sup>21</sup> οἷον ὕδατα καὶ ἀήρ κύκλω γινόμενα, καὶ εἰ μὲν νέφος ἔσται, δεῖ <καὶ> ὕσαι, καὶ εἰ ὕσει γε, δεῖ καὶ νέφος εἶναι, [ARIST. GC 338b.6–8]

<sup>22</sup> γίγνεται δὲ κύκλος οὗτος μιμούμενος τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον [ARIST. Mete 346b.35–36]

<sup>i</sup> Paginarum numeri 457–460 omissi sunt.

vom uzajamnom nastajanju, nego se i u njihovom pravocrtnom kretanju zamjećuje oponašanje kružnog kretanja. »I tako je i njihovo pravocrtno pomicanje kontinuirano jer oponaša kružno.« Ne mijenjaju se, naime, međusobno jedni u druge kontinuirano, nego, da bi se kontinuirano pretvarali, uzdižu se i silaze. To su pravocrtna kretanja jednostavnih tijela. Tu je stvar u 1. knjizi *Meteorologije* najjasnije izrazio i istovremeno izložio, što je ono što čini nastajanje, što je nejednakost kretanja, što je pristupati i [461] udaljavati se, što je daleko, što blizu – ovim riječima: »Kao onaj koji pokreće i prvak i prvo od počelā je kružnica po kojoj se očito odvija pomicanje Sunca, koje razdvaja i povezuje. Time što biva blizu ili udaljenije, uzrok je nastajanja i propadanja.«

Na koji to način biva, objašnjava: »Dok Zemlja miruje, ono što je oko nje vlažno od zrākā i od druge topline, koja dolazi odozgo, razloženo u paru, biva nošeno prema gore.« Ima potom: »Zgušnjava se opet para ohlađena zbog nedostatka topline i zbog mjesta. I nastaje voda iz zraka; i kad je nastala biva nošena opet prema zemlji.« Tu je stvar na kraju 2. knjige *O elementima* ovako izrazio: »Kao što vode i zrak nastaju u kružnici. I ako doista bude oblak, treba i da kiši; i ako bi kišilo, treba da bude i oblak.«

To je napredovanje prozvaio krugom riječima koje za ovima slijede: »A nastaje ta kružnica oponašajući Sunčevu kružnicu.« Te

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

sane declarant id, quod superius dixerat:<sup>23</sup> *Itaque et recta horum latio imitatur circulum. Simul enim ille mutatur in transversa et sic sursum et deorsum. Et oportet cogitare hunc veluti fluvium sursum et deorsum, communem aeris et aquae. Prope enim existente Sole vaporis sursum fluit fluvius, recedente vero aquae fluvius deorsum. Et hoc continue fit ex ordine.* Atque hunc ait aenigmatice a veteribus dictum forte fuisse Oceanum circulo currentem circa Terram. Sol itaque appropinquatione et recessu suo et generationis et corruptionis causa est efficiens, ut clarissime ex hoc *Meteoro* prius allatis verbis testatus est idque efficere διακρίνουσα καὶ συγκρίνουσα *disgregando et congregando*. Quod etiam eodem libro de cometis loquens expressit:<sup>24</sup> *Quod vero nec multi, nec multoties fiant cometae, et magis extra tropicos quam intra, causa fit Solis et astrorum motus, non solum congregans calorem, sed etiam disgregans congregatum.*

Haec sane omnia, quamquam sint a nobis in ordinem redacta, sunt tamen ab Aristotele nullo ordine scripta. Quae praeter confusionem alia quoque mala in philosophia multo maxima habent. Nempe ambiguitatum, fallaciarum, falsitatum plenissima sunt. Quae ut ostendamus, principio Aristoteli suisque libenter damus, concedimus, quod primo allatum est naturam in omnibus quod melius est semper appetere.

Damus etiam non minus libenter secundum: scilicet esse ipsum praestantius esse quam sit ipsum non esse. Sed pro nostra hac ingenuitate largiantur nobis ipsi quoque, quod saepissime expetivimus, quod ardenti desiderio sapientes multi viri liberi non Aristotelis servi expetiverunt, animos studiosorum tandem

<sup>23</sup> Ὅστε καὶ ἡ εὐθεΐα <τούτων> φορὰ μιμουμένη τὴν κύκλω [τὸν κύκλον]. [ARIST. GC 337a.6-7] etc. ἅμα γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὰ πλάγια μεταβάλλει καὶ οὗτος ἄνω καὶ κάτω. <καὶ> δεῖ {δὲ} νοῆσαι τοῦτον ὡσπερ ποταμὸν {ῥέοντα} κύκλω ἄνω καὶ κάτω, κοινὸν ἀέρος καὶ ὕδατος· πλησίον {μὲν} γὰρ ὄντος τοῦ ἡλίου ὁ τῆς ἀτμίδος ἄνω ῥεῖ ποταμὸς, ἀφισταμένου δὲ ὁ τοῦ ὕδατος κάτω. καὶ τοῦτ' ἐνδελεχῆς {ἐθέλει} γίγνεσθαι [γίνεται] κατὰ γε τὴν τάξιν. [ARIST. Mete. 346b.36-347a.6]

<sup>24</sup> τοῦ δὲ μὴ γίγνεσθαι πολλοὺς μηδὲ πολλάκις κομήτας, καὶ μᾶλλον ἐκτὸς τῶν τροπικῶν ἢ ἐντὸς <γίνεται>, αἴτιος ἢ τοῦ ἡλίου καὶ ἢ τῶν ἀστέρων κίνησις, οὐ μόνον ἐκκρίνουσα τὸ θερμὸν, ἀλλὰ καὶ διακρίνουσα τὸ συνιστάμενον. [ARIST. Mete. 345a.5-8]



<riječi> objašnjavaju ono što je prije rekao:<sup>4</sup> »Stoga i pravocrtno njihovo pomicanje oponaša krug [itd.]«. »Ujedno se on pretvara u ono što je nasuprot<sup>5</sup> i tako prema gore i prema dolje. I treba ga zamisliti kao rijeku <koja teče> prema gore i prema dolje, zajedničku zraku i vodi. Kad je, naime, Sunce blizu, rijeka pare teče prema gore, a kada se udaljava, rijeka vode <teče> prema dolje. I to neprestano redom biva.« A kaže da su to možda stari zagonetno nazvali Okeanom koji u krugu obilazi oko Zemlje. Sunce je, dakle, svojim približavanjem i udalžavanjem tvorni uzrok nastajanja i propadanja, kako je to najjasnije posvjedočio prije navedenim riječima iz te <knjige> *Meteorologije* i da to čini διακρίνουσα και συγκρίνουσα<sup>6</sup>, razdvajajući i povezujući. To je izrazio u istoj knjizi <*Meteorologije*> govoreći o kometima: »Što ne nastaju mnogi kometi i na više mjesta i više izvan tropskih <krajeva>, nego unutar, uzrok je kretanje Sunca i zvijezda, koje ne povezuje samo toplinu, nego također razdvaja ono što je združeno.«

Premda smo mi sve to sredili, Aristotel je ipak napisao bez reda. To osim zbrke ima u filozofiji druga, mnogo veća zla, jer je prepuno dvosmislenosti, pogrešaka i netočnosti. Da to pokažemo, najprije Aristotelu i njegovima drage volje dajemo, dozvoljavamo ono što je prvo navedeno: da priroda u svemu uvijek teži za onim što je bolje.

Dajemo također, ne manje drage volje, ono drugo, tj. da je izvrsniji sam bitak od samog ne-bitka. Ali za ovu našu plemenitost neka nam i oni sami podare ono što smo vrlo često tražili, što su gorućom željom tražili mnogi mudri muževi, slobodni a ne Aristotelovi sluge: neka duše onih koji istražuju, vezane neprestanim

<sup>4</sup> Citat koji slijedi sastoji se iz dva navoda iz različitih Aristotelovih knjiga. Prvi je navod jedna rečenica iz *De generatione et corruptine* i ta je rečenica skraćena, odnosno dvije zadnje riječi su izbačene (συνεχής ἔστιν – usp. ARIST. GC 337a.6–7). U grčkom navodu stoji umjesto tih riječi: etc. U latinskom navodu etc. je ispalo, pa se čini da se radi o kontinuiranom navodu – što nije slučaj. Drugi dio navoda je iz *Meteorologije*. Usp. Mete. 346b.36–347a.6.

<sup>5</sup> Sintagmu εἰς τὰ πλάγια ovdje je Petrić preveo kao: *in transversa* a na str. 524 bilj. 48. istu je sintagmu preveo kao *in latera*.

<sup>6</sup> Usp. ARIST. Mete. 346b.22.

dubitationibus perpetuis ligatos solvant, dicant nobis: quid nam rerum est ista natura, quae sexcenties in libris Aristotelis dicitur meliora expetere et facere, nusquam tamen traditur, quid ipsa sit, quod accidens, quae substantia? Expetere enim et facere meliora consultantis, deliberantis, eligentis melius, deterius reiicientis esse videtur. Natura vero ea, quae 2. *Physico* definita est, principium motus exposita pro materia et forma rerum singularum consultationis et electionis non est capax. Philoponus, qui Platoniam quandam rationalem naturam in eum locum invexit, a reliquo Peripato non recipitur, reiicitur.

Lapidis materia non consultavit, non elegit, ut marmor potius quam saxum esset, forma eiusdem id non elegit. Plantae materia non elegit, ut laurus potius quam abies ex se nasceretur, neque id forma elegit, non enim rationis participia sunt. Rationis autem proprium est melius eligere, deterius abiicere, nisi velint, ut Aristotelem salvent, interpretari ea verba, *natura appetit melius*, non esse comparatione prolata, sed absolute '*melius*', id est bonum. Si id dicant, Aristotelem accusant nescisse loqui, nescisse grammaticen. Nemo est tam ingrammaticus, qui ignoret '*melius*' [462] nomen comparativum esse, comparationem relatione unius ad aliud, vel alia necessario fieri, iam etiam philosophici sermonis ignarum eum declarant suis legibus contradicentem, metaphoris scilicet in re philosophica utentem '*bonum*' cum voluerit dixisse, '*melius*' supposuisse.

Sed esto, demus hoc Aristotelicae magnitudini. Liceat ipsi, qui has leges posuit, legibus iismet abuti. Detur illi eum dixisse *naturam bonum expetere*. Non cessabimus rogare nos, quae sit ista natura? Nam materiam id expetere non concedunt invincibiles rationes, quae cum de materia eiusque appetitu ageremus, propositae a nobis sunt.

dvojbama, konačno oslobode, neka nam kažu, što je u stvari ta priroda stvari za koju se bezbroj puta u Aristotelovim knjigama kaže da teži za boljim i da čini <bolje>, ipak se nikada ne iznosi što je ona sama, što joj je akcident, koja supstancija. Težiti i činiti bolje čini se da pripada onome tko razmišlja, odmjerava, 5  
izabire bolje i odbacuje lošije. Ali ona priroda koja je definirana u 2. knjizi *Fizike*, počelo kretanja, izložena kao materija i forma pojedinačnih stvari, nije sposobna za razmišljanje i izbor. Filopona koji je u to mjesto uveo neku Platonovu racionalnu prirodu<sup>7</sup>, preostala peripatetička škola ne prihvaća, odbacuje. 10

Materija kamena nije smišljala, nije izabrala da bude radije mramor nego stijena; njegova forma <također> nije to izabrala; materija biljke nije izabrala da se iz nje rodi radije lovor, nego jelka, niti je forma to izabrala; nemaju, naime, udjela u razboru. A vlastitost je razbora izabirati bolje, odbacivati lošije, osim ako 15  
ne bi htjeli, da spase Aristotela, tumačiti ove riječi: *priroda teži za boljim*, da nije izneseno komparativno, nego bezuvjetno – za boljim, tj. za dobrim. Ako budu rekli, optužuju Aristotela da nije znao govoriti, da nije znao gramatiku. Nitko nije tako nepismen da ne bi znao da je riječ: *bolje* [462] komparativ, a da komparacija nužno biva u odnosu jednoga prema drugom ili drugima. 20  
Već izjavljuju da je neupućen u filozofski govor, kad protuslovi svojim zakonima i služi se metaforama u filozofskoj stvari – da je podmetnuo: *bolje*, premda je htio reći: *dobro*.

Ali neka bude, dajmo to Aristotelovoj veličini. Neka bude 25  
dopušteno njemu koji je te zakone postavio da se o iste zakone ogriješi. Neka mu se dade da je rekao: *Priroda teži za dobrim*, mi nećemo prestati pitati, koja je to priroda? Naime, nepobjedivi razlozi ne dopuštaju da materija za tim teži; njih smo izložili kad smo raspravljali o materiji i o njezinoj težnji. 30

<sup>7</sup> Usp. PHILOPONUS, In Ph. 16.236.26–237.2 βούλεται γὰρ οὐ πᾶν εἶναι τὸ ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον. βούλεται οὐχ ὁ ποιητής, ἀλλ' ἡ τῶν πραγμάτων φύσις. ἐπεὶ οὖν τὸ βέλτιστον τοῦτο τέλος καὶ οὐ ἔνεκα, καὶ τῆς γενέσεως ἄρα τὸ βέλτιστον τέλος. βέλτιστον δὲ ἡ ἀκμὴ ἐν αὐτῇ γὰρ γενόμενον τὸ ζῶον πάσας ἐνεργεῖ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας, καὶ μάλιστα τὰς γεννητικὰς, ὅπερ καὶ κυρίως τέλος τῆς φύσεως τὸ ἀγαγεῖν εἰς τοῦτο τὸ ζῶον, ὥστε γεννησθαι ἕτερον οἶον αὐτό.

5 Forma vero lapidis, metalli, quod nam bonum appetit? Quo-  
modo appetit? Non enim minus difficile id est perceptu, cogita-  
tu, quam prius illud de materia. Si vero neutra harum naturarum  
aut eligit melius aut bonum appetit, alia quaedam est natura,  
10 quae ab Aristotele dicitur, meliora appetere et facere. Ea quae sit,  
non est ab eo traditum: ab suis certe non est adinventata. Nam si  
dicant naturam eam, quae dicitur, cum deo nihil frustra facere:  
eodem rogatu quaeremus, ut nos doceant, utrum eadem sit cum  
deum an alia res? Si eadem, iam deus non tantum speculatur, non  
15 tantum supremum orbem volvit, sed etiam haec inferiora facit,  
aut inscius aut sciens? Quod Peripatus tot et tantis quaestioni-  
bus agit. Si sciens, iam eadem cognoscit, etiamsi vilia sint. Si  
nescius, rogare non desistemus, quomodo meliora a deterioribus  
secernit? Haec respuat, illa praeferat? Eadem prorsus difficultas,  
20 quae prius de natura. Quae si alia res sit a deo, etiam atque etiam  
quaeremus, quid nam rerum sit? Eadem quae prius difficul-  
tates. Ad quas donec non recte, non vere a suis respondeatur,  
asseverabimus nos fidenter Aristotelem suarum rerum ignotos  
autores tradidisse. Suae philosophiae ignota principia statuisse.  
25 Qua in re cum non esse dignum, quem tanta admiratione prose-  
quamur, ulterius progrediamur.

Ait esse melius ipsum esse quam ipsum non esse. Id damus:  
damus etiam, quod non clare intulit, necesse autem habuit infer-  
re, ut generationem continuam ostenderet, melius esse semper  
25 esse, quam aliquando esse, aliquando non esse. Esto, melius sit  
ipsum esse ipso non esse. Quid tum? Nempe quod infert ipsum  
esse impossibile esse, ut omnibus insit. Quid ait? Impossibile est  
omnia habere esse. Quae nam sunt haec omnia? Entiane an non  
entia? Si entia dicat eas res, quae sunt, quae existunt, quae mun-  
30 dum ex se ipsis cunctis constituunt, quae nam alia dicat non esse  
et non entia? Nihil enim est praeter ens. Quae nam sunt omnia  
illa, quae non sunt? Quibus esse non datur?

Za kojim, naime, dobrom teži forma kamena, metala na koji način teži? Nije to manje teško shvatiti, o tome razmišljati, nego prije ono o materiji. Ako pak niti jedna od tih priroda ili ne izabire bolje, ili ne teži za dobrom, neka je druga priroda za koju Aristotel kaže da za boljim teži i <bolje> čini. Koja je ta, nije on iznio, njegovi ju nisu pronašli. Naime, ako budu rekli da je ona priroda za koju se kaže da s bogom ništa ne čini uzalud, istom molbom ćemo pitati da nas pouče da li je ona s bogom ista ili <neka> druga stvar? Ako je ista, bog već ne samo motri, ne okreće samo najviši krug, nego također čini ovo niže – da li ne znajući ili znajući? To razmatra peripatetička škola u tolikim i tako važnim kvestionama<sup>8</sup>. Ako znajući – spoznaje iste, iako su bezvrijedne. Ako ne znajući, nećemo prestati pitati, kako razlikuje bolje od lošijega, ovo bi odbacio, onome dao prednost? Potpuno je ista poteškoća koja je prije bila o prirodi. Ako je stvar različita od boga, opet i opet ćemo pitati: što je u stvari? Iste su poteškoće koje i prije. Dok na njih njegovi ne odgovore točno i istinito, mi ćemo pouzdano tvrditi da je Aristotel za svoje stvari iznosio nepoznate autore, da je postavio nepoznata počela svoje filozofije. Budući da u tome tolikim divljenjem obdarujemo onoga koji toga nije dostojan, idimo dalje.

Kaže da je bolje sâm bitak, nego sâm ne-bitak. To <mu> dajemo. Dajemo također ono što nije jasno naveo, a nužno je trebao navesti, da bi pokazao neprestano nastajanje, da je bolje uvijek biti, nego nekada biti, nekada ne-biti. Neka bude, bolji je sâm bitak od sâmog ne-bitka. Što tada? Svakako to što unosi, da je nemoguće da bi sâm bitak bio u svemu. Što kaže? Nemoguće je da sve ima bitak. Što je, naime, to *sve*? Da li bića ili ne-bića? Ako kaže da su bića one stvari koje jesu, koje postoje, koje uspostavljaju svijet iz sveukupnih samih sebe, za koje druge kaže: ne-bitak i ne-bića? Ništa, naime, ne postoji osim bića. Koje je ono *sve* koje ne postoji, kojemu nije dan bitak?

<sup>8</sup> *Quaestio* znači, naravno, pitanje i tako je ponajčešće i prevedeno. No, *quaestio* je i skolastička metoda u kojoj se isprepleće istraživanje i poučavanje. *Kvestija* sadrži prije svega tezu, potom stavove autoriteta i na kraju stajalište autora koje se osniva na distinkcijama, tako da se ne mora nužno suprotstaviti autoritetima. Kada je riječ o toj skolastičkoj metodi *quaestio* se ne prevodi, nego pohrvaćuje.

Novimus apud Parmenidem, Pythagoram suosque, apud Platonem Platonicosque quasdam res, corporeas res omnes, respectu ad vera entia non entia appellari. Idem si dicat Aristoteles, iam Parmenidice, Pythagorice Platoniceque loquitur. Suo more  
 5 minime loquitur. Si id non dicat, at dicat nobis omnia ista sua, quae esse habere impossibile sit. Quae cognitio est ista non entis? Quae philosophia nobis traditur de rebus sub hoc nomine ‘omnia’ comprehensis, entia tamen non sunt? Esse ea impossibile sit? Sed excusemus Aristotelem, mitius interpretemur: voluisse eum  
 10 ista sua ‘omnia impossibile esse’, habere perpetuum esse atque omnibus temporibus. Videmus enim haec inferiora nasci, quodam tempore vivere, dein mori atque esse desistere.

Esto igitur Aristotelis verba haec, quae ipse obscuritate involuit, explicent explicatores suarum sententiarum non posse omnia entia  
 15 semper esse, non posse in esse perdurare. Accipiamus, concedamus. Sed et causam, quam affert, audiamus: τὸ πρόρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι<sup>25</sup> *Quod procul a principio absint*. Haec causa, quia maxima omnium est, maxime omnium perpendenda est atque intelligenda.

Rimandum igitur est, quod nam sit principium istud, quid  
 20 sit istud *abesse*, quid sit istud *procul*. Quid ergo principium istud est, quod dum prope rem est, eam semper esse facit, dum procul est, non semper esse facit? 5. *Metaphysico* principii multiplicem significationem docti ab eo sumus, inter quae materia, forma, finis, efficiens. Utrum ergo materia istud principium est, quod est  
 25 causa semper et non semper res esse? Non videtur. Contrarium enim efficit quam volumus. Dum enim materia prope est, cum causa sit corruptionis, res non semper esse facit, procul existens, semper esse facit, coelestia, abstracta.

Utrum ergo forma principium istud est? At quae nam forma? Et quo modo? Dum enim forma prope rem est, rem esse  
 30 facit docente Aristotele. Dum rebus adest forma, res sunt, dum non adest, non sunt. Sed quomodo rerum forma potest rebus aut procul aut prope esse? Docet nos abeunte forma<sup>ii</sup> res corrumpi:

<sup>25</sup> [ARIST. GC 336b.30–31]

<sup>ii</sup> Corr. ex formas



Doznali smo kod Parmenida, Pitagore i njegovih, kod Platona i platoničara da se neke stvari, sve tjelesne stvari, u odnosu na istinska bića nazivaju ne-bićima. Ako bi Aristotel isto govorio, govori parmenidovski, pitagorovski, platonički, a ponajmanje na svoj način <to> govori. Ako to ne govori, neka nam kaže *sve* ono njegovo za koje je nemoguće da ima bitak. Koja je to spoznaja nebića? Koja nam se filozofija prenosi o stvarima obuhvaćenim tim imenom *sve*, a ipak nisu bića? Bilo bi nemoguće da ona budu? No ispričajmo Aristotela, tumačimo blaže: da je on htio za ono njegovo *nemoguće je sve da jest*, da ima *neprestani* bitak i u *sva vremena*. Vidimo, naime, da se ovo niže rađa, da neko vrijeme živi, potom da umire i prestaje biti.

Neka to budu Aristotelove riječi, koje je sam obavio nejasnoćom, tumačit će tumači njegovih misli – da ne mogu sva bića uvijek biti, da ne mogu ustrajati u bitku. Prihvatimo, dozvolimo. No poslušajmo i uzrok koji donosi: διὰ τὸ πρόρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, »Jer su daleko odsutna od počela.« Taj uzrok, jer je najveći od svih, najviše od svih treba razmotriti i shvatiti.

Stoga treba istražiti, koje je to počelo, što je ono *biti odsutan*, što je ono *daleko*. Što je, dakle, ono počelo koje, dok je blizu stvari, čini da <stvar> uvijek jest, a dok je daleko, čini da nije uvijek? U 5. knjizi *Metafizike* poučio nas je o mnogostrukom značenju počela među kojima je materija, forma, svršni uzrok i eficientni uzrok. Da li je, dakle, materija to počelo koje je uzrok da stvar uvijek jest i da nije uvijek? Ne čini se, jer suprotno postiže od onoga što hoćemo. Naime, dok je materija blizu, budući da je uzrok propadanja, čini da stvar nije uvijek, a kad je daleko, čini da jest uvijek nebesko, odvojeno.

Da li je, dakle, forma to počelo? I koja forma i na koji način? Dok je, naime, forma blizu stvari, čini da stvar jest, kako Aristotel poučava. Dok je forma kod stvari, stvari jesu, kad nije, nisu. No, na koji način forma može stvarima biti daleko ili blizu? Poučava nas da stvari propadaju, kad forma odlazi, da ta forma

formam [463] eam in non ens, in nihilum abire. Nihil facta nec prope esse, nec procul esse dici vere potest. Forma ergo principium, quod quaerimus, non est.

Finis vero utrum id principium est? Si is finis intelligatur, qui aliquando generatarum rerum forma fiat, ne is quidem principium id, quod quaerimus est. Non enim procul a materia est. Si quidem formae omnes, ex nostratis Peripati doctrina, potentia in materia sunt. Si in ea sunt, non procul ab ea sunt. Si vero intelligatur finis rerum omnium universalis, qualem in *Metaphysico* 12. dixit esse deum, principium tale esse forte potest, quia efficiens quoque principium inest, si tamen reliquae Aristotelicae philosophiae consonum sit deum facere aliud, quam primum orbem movere. Multoties namque in ea dicitur: *deus et natura nihil frustra faciunt*, et mox subditur:<sup>26</sup> *Adimplevit universum deus continuam faciens generationem*. Esto igitur tale principium deus, vel ut finis universalis omnium, vel ut efficiens causa universorum. Quid igitur ait? διὰ τὸ πρόρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι<sup>27</sup>, *Quia procul a principio*, id est a deo absint. Quid est procul a deo esse?

Procul locum indicat, immo duo loca: neque ego procul ab Indiis sum, nisi quia locus, in quo sum, a loco illarum distat. Utrum ergo res hae nostrates procul a deo sunt, quia loco procul a loco eius distent? Si id dicatur, deus in loco ponitur. Si in loco est, corpus est. Quod nulla melior, ne Aristotelica quidem philosophia, nisi forte Pliniana aut Dicaearchica quaepiam patiatur. Non est ergo deus in loco, non ergo localiter a nobis procul, nec nos localiter procul a deo.

<sup>26</sup> συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, ἐνδελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν [ARIST. GC 336b.31–32]

<sup>27</sup> [ARIST. GC 336b.30–31]

[463] odlazi u ne-biće, u ništa. Kad je postala ništa, ne može se uistinu reći niti da je blizu, niti da je daleko. Forma, dakle, nije počelo koje tražimo.

Svrha pak, je li ona to počelo? Ako bi se podrazumijevala ona svrha koja ponekad biva forma nastalih stvari, ni ona nije zaista ono počelo koje tražimo. Nije, naime, daleko od materije, ako su zaista sve forme, po poučku naše peripatetičke škole, u mogućnosti u materiji. Ako su u njoj, nisu daleko od nje. Ako bi se pak podrazumijevala univerzalna svrha svih stvari za koju je u 12. knjizi *Metafizike* rekao da je bog, <ona> možda može biti takvo počelo, jer prisutno je i eficientno počelo; ako je ipak sukladno preostaloj Aristotelovoj filozofiji, da bog čini <i> drugo, osim što pokreće prvi krug. Na mnogo mjesta u njoj se kaže: *Bog i priroda ne čine ništa uzalud*<sup>9</sup>; i zatim se dodaje: »Ispunio je bog sveukupnost čineći kontinuirano nastajanje.« Neka bude takvo počelo bog, ili kao univerzalna svrha svega ili kao eficientni uzrok sveukupnoga. Što kaže? διὰ τὸ πόρρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, »Jer su daleko od počela«, tj. od boga udaljeni. Što znači biti daleko od boga?

*Daleko* označava mjesto, čak dva mjesta; ja sam daleko od Indije samo zato, jer je mjesto u kojem jesam udaljeno od njezinih mjesta. Da li su, dakle, naše stvari daleko od boga jer su s obzirom na mjesto daleko udaljene od njegovog mjesta? Ako bi se to reklo, bog se postavlja u mjestu. Ako je u mjestu, tijelo je. To ne bi nijedna bolja, pa zaista ni Aristotelova filozofija trpjela, osim možda Plinijeva ili neka Dikearhova.<sup>10</sup> Nije bog u mjestu, nije po mjestu daleko od nas, niti smo mi po mjestu daleko od boga.

<sup>9</sup> Nema grčkog, usp. ARIST. Cael. 271a.33: Ὁ δὲ θεὸς καὶ ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιοῦσιν.

<sup>10</sup> Usp. stav koji Petrić kasnije izlaže u *Novoj sveopćoj filozofiji*, u dvadesetj knjizi »Panarhije«, 43 rb: Quid igitur dicendum? Omnia ex Deo, ut ex loco; omnia in Deo, ut in loco, Deum in omnibus ut in locis esse? Haec sunt divinitatis miracula et investigabiles viae eius, et opera eius ineffabilia. Haec tametsi subcontrari sibi videantur, verissima tamen sunt omnia. Si Deus est in omnibus, Deus est ubique. Si in ipso sunt omnia, Deus est nullibi. Locus enim non est in loco. Si ergo, et extra Deum, iterum est nullibi. Coelum, et terram ego impleo, iterum est ubique. Sed si in coeli culmine,

Procul ergo aliud quippiam significat, quam localem distantiam. Forte essentiarum distantiam, ut sunt contraria, inter se per essentiam distantia, corporeum et incorporeum, materiale et immateriale, corruptibile et incorruptibile. Si a deo dicatur procul modo hoc, quia ipse incorporea, immaterialis, incorruptibilis substantia sit, nos vero quo ad corpus et corporei et materiales et corruptibiles fatebimur, quidem ita nos a deo procul esse. Sed duo instabimus: alterum *procul* illud metaphoram fuisse, quam Aristoteles lege non aequa nobis interdixit, sibi millies usurpavit. Alterum quaeremus, an quia ita a deo distamus, essentia scilicet corporali, ideo impossibile fuit nos semper esse? Ideo necesse habuisse deum altero illo modo, quem subdit universum adimplere, continua scilicet generatione et successione.

Deus incorporeus est, nos corporei: hac ratione longe a deo absumus, fatemur. At quia corporei sumus, ideo impossibile esse nos semper esse, id vero pernegamus. Non enim est consonum Aristotelicae doctrinae, in qua instituti sumus, coelestia enim elementorum corpora semper fuisse, semper futura esse in ea docemur, si ratione, qua corporei sumus, non permanemus, id omnibus corporeis rebus conveniet, quatenus corporeae sunt.

At audiamus Aristotelis vocem clamantis universum susque deque, miscentis mundum, coelos, elementa, corporea quidem, permanentia tamen; corporeis itaque rebus, quatenus corporeae sunt, non posse permanere non convenit. Permanere posse non est negatum. Alia id ergo ratione fuerit. Forte quia materiales, deus immaterialis. Materia namque Peripateticis tum patriciis tum plebeis corruptionis causa, parens ac mater est, nescio an etiam Aristoteli. Certum est illi mundi partes permaximas coelos esse, mundum totum ex tota materia constare, coeli ergo materiales. Cur ergo permanent et semper sunt? Cur itidem elementis

*Daleko*, dakle, znači nešto drugo od mjesne razdaljine. Možda razdaljinu biti, kao što je ono kontrarno međusobno udaljeno po biti: tjelesno i netjelesno, materijalno i nematerijalno, propadljivo i nepropadljivo. Ako bi se na taj način reklo *daleko* od boga, jer je on sam bestjelesna, nematerijalna, nepropadljiva supstancija, a mi što se tiče tijela i tjelesni i materijalni i propadljivi, priznat ćemo da smo tako i mi daleko od boga. No dvoje ćemo utvrditi; jedno: da je ono *daleko* bila metafora koju je Aristotel nepravednim zakonom nama uskratio, za sebe tisuću puta zlorabio; drugo ćemo pitati, da li je zato, jer smo tako udaljeni od boga, tj. s obzirom na tjelesnu bit, bilo nemoguće da budemo uvijek? – da je zato bogu bilo nužno, da na onaj drugi način, koji dodaje, ispuni sveukupnost, tj. neprekidnim nastajanjem i slijedom.

Bog je netjelesan, mi smo tjelesni; priznajemo da smo iz tog razloga daleko od boga. Ali nijećemo da je zato nemoguće da budemo uvijek, jer smo tjelesni. Nije to, naime, sukladno Aristotelovu nauku u kojem smo obrazovani; u njemu smo naučili da su nebeska <tijela i> tijela elementa uvijek bila, da će uvijek biti. Ako ne trajemo iz tog razloga što smo tjelesni, to će odgovarati svim tjelesnim stvarima, ukoliko su tjelesne.

No poslušajmo glas Aristotela koji više<sup>11</sup> kroz cjelokupnost gore dolje, koji miješa svijet, nebesa, elemente, doduše tjelesne, a ipak trajne; dakle tjelesnim stvarima, ukoliko su tjelesne, ne pristaje da ne mogu trajati. Nije zanijekano da mogu trajati. Bilo je to, dakle, iz drugog razloga. Možda zato jer su materijalne, a bog je nematerijalan. Materija je, naime, peripatetičarima, kako plemenitima, tako i pučanima, uzrok propadanja, roditeljica i majka. Ne znam, da li i Aristotelu. Sigurno je da su mu nebesa veoma veliki dijelovi svijeta, da se cijeli svijet sastoji iz cjelokupne materije; nebesa su, dakle, materijalna. Stoga zašto traju i uvijek jesu, zašto je i vječnim elementima dano da budu <vječ-

ubi ei cathedram posuit Aristoteles, sedet, est alicubi. Si item supra extimam lationem vitam degit, quam ei largitus est, idem Aristoteles, itidem, est alicubi. Čini se da Petrić na tom mjestu ipak prihvaća da je Bog negdje – kao u mjestu, a da ga to ipak ne čini tijelom.

<sup>11</sup> Aluzija na Izaia 40.3.

datum est esse perennibus? Materialia tamen ea esse nemo negat, fatentur omnes. Non est ergo praeceptorum consona Peripateticorum sententia materiam corruptionis esse parentem. Quo ergo modo res materiatae a deo longe distantes permanere non possunt?

5 An quia ipsae incorruptibiles, res hae corruptibiles? Id vero iam principii petitio est. Non permanent res, id est corrumpuntur, quia corruptibiles sunt: idem ex seipso demonstratur, non ex alio priore, superiore, notiore. Forma sane probationis magno apparatu ab Aristotele damnata.

10 Tribus ergo his modis cum longe a Deo distent res, duobus permanere non prohibentur, tertius irritus prorsus est. An est alius reliquus? Forte quia deus simplex, coelum simplex, elementa simplicia, ideo perennia. Res inferiores omnes reliquae, quia compositae sunt, non permanent, diversitas enim et contrarietas componentium partium, cum semper pugnam inter se  
15 cieant atque exerceant, necesse est aliquarum victoriam sequi. Inde a reliquis solutio, hinc compositi dissolutio rei que totius non permanentia.

[464] Haec sane verior causa apparuisset, nisi ipsemet, ut  
20 praecedentibus libris a nobis est ostensum, elementa esse simplicia negasset, nos coelos simplices non esse demonstrassemus. In his quidem simplicitati non est locus, perennitatis tamen locus est, in aliis corporibus neutrae locus est. Aenigma ergo hoc tam obscurum solvant sui, si queunt, at solvant ex veritate rerum,  
25 neque enim aliter admittentur.

Quid vero est illud aliud? *Adimplevit universum deus continuam faciens generationem.* Si id verum est, deus certe est aliud quid quam primus primi coeli motor, etiam aliud quam intelligens ac se ipso solo contentus. Si deus universum complevit,  
30 id profecto egit, ne ulla in re vacuitas foret. Providentiae igitur



ni>? Nitko ne niječe da su oni materijalni, svi priznaju. Nije učitelju sukladna misao peripatetičke škole da je materija roditeljica propadanja. Na koji, dakle, način stvari koje su materijalne, koje su jako udaljene od boga, ne mogu trajati? Da li zato, jer su one <stvari> nepropadljive, a ove stvari propadljive? To je već zahtijevanje počela<sup>12</sup>. Stvari ne traju, tj. propadaju, jer su propadljive; isto se dokazuje iz sama sebe, ne iz drugog koje je prvotnije, više, poznatije. <Tu> formu dokaza Aristotel je temeljito osudio.

S obzirom na ova tri načina – jer su stvari na velikoj udaljenosti od boga – na dva nema zapreke da traju, treći je potpuno nevažeci. Je li preostao <neki> drugi? Možda zbog toga, jer je bog jednostavan, nebo jednostavno, elementi jednostavni – zato su vječni. Sve ostale niže stvari ne traju jer su sastavljene; za različitostću, naime, i kontrarnošću dijelova koji <ih> sastavljaju, jer <ti dijelovi> uvijek međusobno vode borbu i izvršavaju je, nužno je da slijedi pobjeda nekih <dijelova>. Odatle slijedi odvajanje od ostalih, potom raspadanje složenoga i ne-trajanje cijele stvari.

[464] To bi se bilo činilo istinitijim uzrokom, da sâm, kako smo pokazali u prethodnim knjigama, nije bio nijekao da su elementi jednostavni, a da mi nismo bili dokazali da nebesa nisu jednostavna. U njima nema mjesta za jednostavnost, ali ipak ima mjesta za vječnost. U ostalim tijelima nema mjesta ni za jedno, ni za drugo. Stoga tu tako nejasnu zagonetku neka riješe njegovi, ako mogu, a neka je riješe po istini stvari, neće drugačije biti saslušani.

No što to drugo jest? »Ispunio je bog sveukupnost čineći kontinuirano nastajanje.«<sup>13</sup> Ako je to istinito, bog je sigurno nešto drugo od prvog pokretača prvog neba; također drugo od onoga koji poima <sam sebe> i sam je sa sobom samim zadovoljan. Ako je bog ispunio sveukupnost, to je sigurno učinio da ni u kojoj stvari ne bude praznina. Dakle, to je bilo djelo providnosti. Zašto

<sup>12</sup> Tj. pogreška *petitio principii* koja se naziva i *circulus in demonstrando* ili *circulus in probando*. Pogreška se sastoji u tome da se pretpostavlja ili unaprijed zahtijeva ono što tek treba dokazati.

<sup>13</sup> Nema grčkog, usp. ARIST. GC 336b.31–32 συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, ἐνδελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν.

id opus fuit. Quid ergo Averrois, quid Peripatetici caeteri aiunt deum in sui contemplatione in motione primi coeli contentum, haec nostratia non curare? Id praeterquam quod nefarium ac sceleratum dogma est, contra praeceptoris mentem ac dicta est. Quod  
 5 si alium locum habent in quo Aristoteles id, quod asserunt, doceat, id iam est eum sibi non constare. Quod in eo anterioribus libris non semel iam ostendimus.

Sed animadvertamus, quid sibi voluerit illo verbo *συνεπλήρωσε*, *complevit*, quod vacuitati contrarium est. Quia si omnia semper  
 10 permanere impossibile est ideoque necessarium aliqua corrumpi, corrumpi autem sit non amplius esse, certe corruptis compositis et esse desinentibus vacuum eis mundus hic inferior fieret. Quod ne accideret, remedium attulit deus, generationem adimplens individuorum aliorum, quae loco pereuntium subirent. Quod  
 15 si semel tantum fecisset aut bis aut ter aut etiam millies, idem vacuum consequeretur tandem extinctis omnibus. Ut autem id evitaretur, generationem fecit continuam, qua ea, quae non poterant in esse permanere, hac ratione permanerent. Esse namque praestantius est quam non esse.

Sed cum ex Aristotelis philosophia duplex generatio esse videatur, altera, qua toties dicitur, corruptio unius est generatio alterius: altera, qua dicuntur homo et equus hominem et equum generare, operae precium fuerit disquirere diligenter, utra harum generatione dixerit Aristoteles deum universum adimplevisse. Si priore illa, frustraneam operam videbitur deus suscepisse, non enim in esse permanent, nedum individua, sed ne species quidem. Si enim ex equo cadaver, ex equis omnibus tot cadavera gignantur, species quoque extinguuntur. Quod si in omnibus etiam animalibus accidat, genus quoque universum animalium  
 25 peribit. Ita nihil profuerit ad universi adimplerionem continua talis generatio.  
 30

Altera ergo intelligenda est, qua ex equo equus, ex homine homo et reliquis itidem reliqua fiunt animalia et plantae. In hac non minus quam in priore est excutiendum, quid veri habeat.

kaže Averoes, zašto ostali peripatetičari da je bog zadovoljan u motrenju sebe <sama>, u pokretanju prvog neba, da se ne brine za naše <stvari>? Osim što je to bezbožan i zločinački poučak, on je protiv duha i riječi učitelja. Pa ako imaju drugo mjesto na kojem Aristotel poučava to što tvrde, to već znači da on sam sebi nije dosljedan. To smo kod njega u prethodnim knjigama već ne jedanput pokazali. 5

No obratimo pažnju na to što je htio onom riječju *συνεπιλήρωσε*, *ispunio je*, što je suprotno praznini. Jer, ako je nemoguće da sve uvijek traje, i stoga je nužno, da nešto propada; a propadati je – ne biti više, sigurno, kad bi propalo složeno i kad bi prestalo biti, bio bi ovaj niži svijet bez toga. Da se to ne bi dogodilo, primijenio je bog lijek dopunjajući nastajanje drugih jedinki, da dođu umjesto onih koje su propale. Da je to učinio samo jedanput ili dva puta, ili tri puta, ili također tisuću puta, ista bi praznina slijedila kad bi konačno sve bilo zatrto. Da bi se to izbjeglo, učinio je nastajanje neprekidnim, da bi ono što nije moglo trajati u bitku, na taj način trajalo. Bitak je, naime, savršeniji od ne-bitka. 10 15

No, jer se iz Aristotelove filozofije čini da je nastajanje dvojako, jedno kojim se tako često kaže da je propadanje jednog nastajanje drugog, drugo kojim se kaže da čovjek i konj rađaju čovjeka i konja – bit će vrijedno truda marljivo istražiti kojim je nastajanjem od ovih bog dopunio sveukupnost prema riječima Aristotela. Ako onim prvim, činit će se da je bog poduzeo uzaludno djelo; jer u bitku ne traju ne samo jedinke, nego zaista ni vrste. Ako bi naime iz konja <nastao> leš, ako bi iz svih konja nastalo <jednako> toliko leševa, i vrste će biti zatrte. Ako bi se to dogodilo kod svih životinja, propast će i cjelokupni rod životinja. Tako za popunjavanje sveukupnosti ništa nije koristilo takvo neprestano nastajanje. 20 25 30

Treba shvatiti, dakle, ono drugo nastajanje kojim iz konja nastaje konj, iz čovjeka čovjek i iz ostalih isto tako ostale životinje i biljke. U tom <nastajanju>, ne manje nego u prethodnom, treba

Dixit Aristoteles:<sup>28</sup> *Esse in omnibus impossibile est inesse. Atque: Ideo deus universum adimplevit continuam faciens generationem.*

Quae nam illa sunt, quae impossibile est esse semper habere? Speciesne an specierum individua? Species certe omnes suo dogmate semper manent. Individua specierum corrumpuntur et esse desinunt. In his ergo impossibile est esse ipsum consistere: ob haec continua generatio adinventata est a deo, per quam esse permaneret. Haec generatio itidem individuorum, non specierum est. Si esse ipsum in individuis nequit permanere, quaerimus nos, quomodo per generationem continuam eorum in eis esse conservetur? Procul enim dubio est, esse quod in me est, cum permanere non possit et in morte corrumpatur, non permanere in alio individuo, quod ex me generetur. Non loquor de cadavere, sed de filio, in quem non transit meum esse me corrupto.

Quod si affirmetur, tunc ego affirmabo filium ex me natum me vivo et superstate meum esse non habere. Num ergo me vivo in eum transibit, an me corrupto in eum transiliet? Si prius illud aiant, tunc meam sortem lacrymabo, dum vivo et sum, meum esse me relicto in filium meum transisse, quia dum sum et vivo, nec sum amplius nec vivo et scribo et comedo iam mortuus. Si vero dicant me extincto esse meum continuari in filio, tunc rogabo an antequam moriar, filius meus sit an non sit? An suum esse habeat, an meum? Si meum, tunc illa priora absurda. Si suum, quid meo esse post obitum meum opus habet, si suo iam veteri sat habet? Aut quomodo suum dum habet, meo opus habet? Quod iam per meum obitum in nihilum redactum est?

Peto a Peripato, ut me ex his labyrinthis eximant ac declarent, si in filio meo esse meum permanet ac perpetuatur, an antequam esse meum in illum transeat, an esse ipse habeat? Atque ita vivis [465] ambobus, vel meum solum esse consistat in duobus, vel me extincto duo esse in illo repertum iri.

Haec si absurda sunt et impossibilia, concedant necesse est meum esse in illum non transire aut transiturum. Sed dum vi-

<sup>28</sup> τοῦτο δ' ἀδύνατον ἐν ἅπασιν ὑπάρχειν [τὸ εἶναι ἐν ἅπασιν ἀδύνατον ὑπάρχειν] [ARIST. GC 336b.28–30]

istražiti koliko je <to> istinito. Aristotel je rekao: »Nemoguće je da u svemu bude bitak.« I: »Stoga je bog ispunio sveukupnost čineći nastajanje neprekidnim.«<sup>14</sup>

No što je ono za što je nemoguće da uvijek ima bitak? Da li vrste ili jedinke vrsta? Sve vrste sigurno po njegovu poučku 5 uvijek traju. Jedinke vrsta propadaju i prestaju biti. Stoga je nemoguće da u njima <trajno> postoji sâm bitak. Zbog njih je bog izumio kontinuirano nastajanje po kojem bi trajale. To je također nastajanje jedinki, a ne vrsta. Ako sâm bitak u jedinkama ne može 10 trajati, pitamo mi, kako će se u njima bitak sačuvati na temelju njihovog kontinuiranog nastajanja? Nema sumnje da bitak koji je u meni, budući da ne može trajati i u smrti propada, neće trajati u drugoj jedinki koja bi iz mene nastala. Ne govorim o lešu, nego o sinu u kojega ne prelazi moj bitak kad ja umrem.

Ako bi se to potvrdilo, tada ću ja potvrditi da sin rođen iz 15 mene, dok sam ja živ i na nogama, nema moj bitak. Da li će, dakle, dok sam živ prijeći u njega, ili će kad ja umrem preskočiti u njega? Ako bi rekli ono prije, tada ću oplakivati svoju sudbinu; da je moj bitak, dok živim i jesam, napustivši me prešao u mojeg sina; jer dok jesam i živim, niti jesam više, niti živim – i pišem i jedem već mrtav. Ako bi rekli, da se moj bitak nastavlja u sinu kad 20 ja umrem, tada ću pitati, da li moj sin jest ili nije, prije nego što ću umrijeti? Da li ima svoj bitak ili moj? Ako moj – tada je ono prvo besmisleno. Ako svoj, čemu treba moj bitak poslije moje smrti, kad ima već dovoljno svoj stari <bitak>? Ili kako, dok ima svoj, 25 ima potrebu za mojim koji je mojom smrću sveden na ništa?

Tražim od peripatetičke škole da me izbave iz tih labirinata i objasne, ako u mojem sinu moj bitak ostaje i trajno biva, da li 30 on sâm ima bitak prije nego što moj bitak prijeđe u njega? I tako, dok obojica živimo, [465] ili samo moj bitak postoji u dvojici, ili kad ja umrem, dva će se bitka naći u njemu.

Ako je to besmisleno i nemoguće, neka dozvole da je nužno da moj bitak ne prelazi u njega, ili da neće prijeći, nego, dok obo-

<sup>14</sup> Nema grčkog teksta usp. ARIST. GC 336b.30–32: διὰ τὸ πόρρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεός, ἐνδελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. To je malo produžen navod iz str. 497. bilj. 14.

vimus ambo et hac aura fruimur, me meum esse habere, illum  
itidem esse suum. Me extincto, illo superstite, meum esse perire,  
suum illi remanere. Generatio itaque continua individuorum il-  
lud esse, quod ipsis impossibile est semper habere, non efficit, ut  
5 permaneat. Nihil ergo profuit ad universi completionem, ad in-  
dividuorum permanentiam. In quibus si opus fuerat ipsum esse  
permanere, non oportuit ea extingui, ut generatio induceretur.  
Quam qui potuit introducere, cur non etiam potuit efficere ea  
individua semper integra, ut permanerent? Cur in ea re tantum  
10 virium habuit, in hac nihil potuit? Quae haec potentiae dispari-  
tas ac inaequalitas?

Si dicatur, quia individua haec necesse habuere, ut corrup-  
perentur, cui necessitati non potuerit obviam ire author, dicam  
ego, si maius potuit, cur non potuit minus? Si generationem fecit,  
15 non semel aut bis ut fieret, sed ut continue, cur etiam non potuit  
facere conservationem? Maius namque opus est facere quod non  
erat, quam conservare quod est. Sed detur necessitati imperma-  
nentia illa. Cui necessitati, quaeram. An ei scilicet, quae causa est  
corruptionis, seu materia illa sit, seu mistio contrariorum, quae  
20 in individuis sunt? Si materia est, cur coelum, cur elementa, quae  
individua etiam sunt, permanent? Si mistio contrariorum ea cau-  
sa sit, cur terra, aqua, aer, cum mista sint, permanent tamen? Ne-  
que enim corpora haec Aristotelica confessione simplicia sunt,  
sed mista. Testatur id in terra inenarrabilis varietas ponderum,  
25 colorum, saporum, odorum: eadem haec in aqua.

Cur ergo terra, cur aqua, quae mistae ex contrariis sunt, quae  
individua permanent et non corrumpuntur? Si dicatur eas non  
individuas, sed species duas in singulo quoque corpore esse  
atque ratione speciei non corrumpi, quia sit necesse species per-  
30 manere; tum rogabo, cur id speciebus concessum sit, non etiam  
individuis? Aequae enim species manerent, si individua perma-  
nerent ac si continue haec generentur. Quod ergo potuit unico  
actu, unica individuorum permanentia effici aequae bene ac forte  
melius, cur pluribus, infinitis scilicet actibus continuitatis gene-



jica živimo i uživamo u ovome zraku, da ja imam svoj bitak, a on također svoj bitak; kad ja umrem a on me nadživi, da moj bitak propadne, a njegov da njemu ostane. Stoga kontinuirano nastajanje jedinki ne postiže <to> da traje onaj bitak za koji je nemoguće da ga oni zauvijek imaju. Ništa nije, dakle, koristilo za potpunost sveukupnosti, za trajnost jedinki. Ako je trebalo da u njima traje sâm bitak, nije ih trebalo zatrti da se uvede nastajanje. Onaj koji ga je mogao uvesti, zašto nije mogao također učiniti da te jedinke traju uvijek cjelovite. Zašto je u onoj stvari imao toliko sila, a u ovoj nije ništa mogao? Koja je to različitost i nejednakost moći?

Ako bi se reklo: jer je tim jedinkama bilo nužno da propadnu, a toj se nužnosti tvorac nije mogao suprotstaviti – ja ću reći, ako je mogao više, zašto nije mogao manje? Ako je učinio da biva nastajanje, ne jedanput ili dva puta, nego kontinuirano, zašto nije mogao učiniti očuvanje? Veći je, naime, posao učiniti ono što nije bilo, nego sačuvati ono što jest. Ali neka se pripiše nužnosti ona netrajnost. Kojoj nužnosti, pitat ću? Da li onoj koja je uzrok propadanja, bila to ona materija ili miješanje kontrarnog, koji su u jedinkama? Ako je <taj uzrok> materija, zašto traje nebo, zašto elementi koji su također jedinke? Ako je taj uzrok miješanje kontrarnog, zašto ipak traju zemlja, voda, zrak, premda su miješani? Ni ta tijela, naime, po Aristotelovu priznanju, nisu jednostavna nego miješana. To potvrđuje u zemlji neizreciva različitost težina, boja, okusa, mirisa – isto to i u vodi.

Stoga zašto zemlja, zašto voda koje su miješane iz kontrarnog ostaju kao jedinke i ne propadaju? Ako bi se reklo da one nisu jedinke, nego da su dvije vrste također u pojedinom tijelu<sup>15</sup>, i da ne propadaju s obzirom na vrstu, jer je nužno da vrste traju – tada ću pitati, zašto je to dozvoljeno vrstama, a ne također i jedinkama; jednako bi, naime, vrste trajale, ako bi trajale jedinke i ako bi kontinuirano nastajale. Što je, dakle, mogao učiniti jednim činom, jednim jedinim trajanjem jedinki – jednako dobro i možda bolje – zašto se čini s više činā, tj. s beskonačno mnogo,

<sup>15</sup> Zemlja, voda, zrak i vatra imaju svaka dvije kvalitete (npr. vatra: toplo i suho, voda: hladno i mokro itd.). Te se kvalitete smatraju (u ovom argumentu) kao jedinke – ujedinjene u jednom tijelu: vatri, vodi itd.

rationibus efficitur? Nonne id frustraneum opus est ex doctrina Aristotelica?

Si individuis impossibilitas permanentiae ista convincatur, ut impossibile sit eam non fateri, tum aiam ego Aristotelem non  
 5 in eodem pede stetisse, dum scripsit omnia individua impossibile est habere esse: adimplet ergo deus universum continua generatione, ut illud esse per eam permaneret, quod tamen in individuis non sit, sed in speciebus. Atque ita esse istud, quod  
 10 in individuis deperit, non individuis sibi aequalibus, sed in speciebus amplioribus servatur. Individuorum enim generatio non ad individuorum continuationem conducit, sed ad specierum conservationem. De quibus tamen non dixerat esse impossibile esse ipsum permanere. Atque ita quod de uno proposuit, de alio  
 15 concludit, quae qualis sit vel logica vel philosophia doceant salvatores illi sui, qui tot recessus, tot thecas, tot technas habent, ex quibus quascumque libuerit promant salvationes.

Quid sequitur videamus:<sup>29</sup> *Sic enim maxime continuabitur esse, eo quod sit quam proximum essentia, fieri semper generationem. Ait, quia generatio a deo facta sit continua, futurum ut ita maxime esse  
 20 ipsum perpetuetur. Rogo ego quarum nam rerum esse perpetuabitur? Inferiorum scilicet horum, in quibus dixit impossibile esse ipsum esse perpetuari, individuorum nempe, nullae enim aliae res in his nostratibus mundi partibus, quam vel genera vel species vel individua sunt. At genera et species non recipiunt generationem,  
 25 non corruptionem, esse suum permanet. Eorum ergo causa non est generatio adinventata, sed individuorum, quae esse suum nequeunt perpetuare. At horum generatio esse suum non perpetuat, corrupto enim eorum aliquo aliud prorsus esse generatur, suum prius perit: vel si ex se aliquid generent, aliud esse illi dant, quam proprium.*

30 Non igitur hoc generationis modo maxime συνέιροίτο<sup>iii</sup>, *continuabitur* esse individuorum, neque erunt quam proxime ad

<sup>29</sup> οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα συνέιροίτο [συνείρητο] τὸ εἶναι διὰ τὸ ἐγγύτατα εἶναι τῆς οὐσίας τὸ γίνεσθαι ἀεὶ {καὶ} τὴν γένεσιν. [ARIST. GC 336b.32–34]

<sup>iii</sup> Auct: συνέιρητο

neprekidnim nastajanjima? Nije li to po Aristotelovu nauku uzaludan posao?

Ako se za jedinke dokazuje ta nemogućnost trajanja, kako je nemoguće ne priznati ju, tada ću reći da Aristotel nije bio sebi dosljedan, kad je napisao, da je nemoguće da sve jedinke imaju bitak – bog, dakle, ispunjava sveukupnost neprekidnim nastajanjem, da bi onaj bitak po nastajanju trajao – a to ipak ne biva u jedinkama, nego u vrstama. I tako, onaj bitak koji je propao u jedinkama ne čuva se u sebi jednakim jedinkama, nego u širim vrstama. Nastajanje, naime, jedinki ne dovodi do nastavljanja jedinki, nego do očuvanja vrsta. A o njima ipak nije rekao da je nemoguće da sâm <njihov> bitak traje. I tako što je o jednome izložio, o drugome je zaključio. Koja bi ta bila ili logika ili filozofija, neka poučite oni njegovi spasitelji koji imaju tolike ustupke, tolike zakutke, tolika lukavstva iz kojih vade kojigod spas se sviđi.

Pogledajmo što slijedi: »Tako će se ponajviše nastavljati bitak – zato što je najbliže biti – da uvijek biva nastajanje.« Kaže, jer je bog učinio kontinuirano nastajanje, bit će da ponajviše tako sam bitak traje. Pitam ja, kojih će se, naime, stvari bitak učiniti trajnim? Ovih nižih u kojima je rekao da je nemoguće da sam bitak bude trajan – naime jedinki, jer ne postoje druge stvari u ovim našim dijelovima svijeta, nego rodovi ili vrste ili jedinke. A rodovi i vrste ne prihvaćaju nastajanje niti propadanje, njihov bitak ostaje. Nije, dakle, zbog njih izumljeno <kontinuirano> nastajanje, nego zbog jedinki koje ne mogu učiniti da njihov bitak traje. No njihovo nastajanje ne čini da traje njihov bitak; kad propadne neka od njih, potpuno drugi bitak nastaje, onaj prije <bitak> propada; ili ako iz sebe <jedinke> nešto rađaju, daju mu drugi bitak, a ne svoj.

Neće se, dakle, tim načinom nastajanja ponajviše συνέχοιτο nastavljati bitak jedinki, niti će one biti najbliže do biti, nego <će

essentiam, sed specierum et generum. At species et genera non habuerunt opus ista per generationem continuatione: poterant enim per individuorum etiam permanentiam perennia esse.

5 Generatio ergo continua individuis non prodest, ut [466] esse suum perpetuent. Ad specierum vero et generum, quae ea non indigent, frustra est excogitata. Vel si indigent, longe meliore conservatione potuit adimpleri. Atque ideo non recte ab Aristotele dictum est hoc modo maxime esse ipsum continuari. Neque etiam recte dictum aliud illud *quia proxima est ad essentiam continua generatio*. Quo in loco illud *'proxime'* contrapositum est illi *'procul'* superiori, *'proxime'* istud, si localiter accipiat, ea patietur absurda, quae passum est *'procul'* illud. Si vero contraponatur ad id *'procul'*, quod ibi non invenimus, tunc amplius disquirendum, ut inveniatur, si potest.

15 Si dicatur haec nostratia procul distare a principio, quia illud simplex, haec composita sint, quae compositio efficiat, ut nequeant semper manere; aiam ego: si continua generatio debeat proxime ad substantiam accedere, oportet ut quam simplicissima sit ipsa, vel simplicissimorum, vel genita efficere simplicissima, quorum quidem nullum est. Neque enim generatio, quae  
20 multo apparatu qualitatum, tum primarum, tum secundarum, tum motionibus localibus, alterationibus, caloribus eget, simplicissima dici potest, vel si in instanti dicatur fieri, forma etenim, quae eo instanti inducitur, simplex non est. Neque simplicium  
25 rerum est: nam quod generatur, compositum ex elementis in sua philosophia est et quicquid ex generatione nascitur, compositum est ex iisdem.

Aliud ergo *'proxime'* illud significat. Sed quid significare possit aliud? Nam distantia omnis aut localis est, aut essentialis, aut accidentium natura propinquorum. Essentialem apparuit non esse, quia principium simplicissimum est, generatio talis non est. Localis minime, quia principium in loco non est. Accidentium aliorum omnium minime, nulla enim accidentia in

se nastavljati bitak> vrsta i rodova. A vrste i rodovi nisu imali potrebe za tim nastavljanjem na temelju nastajanja – mogli su biti vječni također na temelju trajanja jedinki.

Stoga kontinuirano nastajanje jedinkama ne koristi da [466] učine trajnim svoj bitak i uzalud je izmišljeno za vrste i rodove 5 koji ga ne trebaju. Ili ako trebaju, moglo je biti ispunjeno daleko boljim očuvanjem. I stoga Aristotel nije ispravno rekao da se ponajviše na taj način sam bitak nastavlja. Niti je točno rečeno ono drugo »Jer je kontinuirano nastajanje najbliže biti.«<sup>16</sup> Na tom mjestu ono *najbliže* suprotstavljeno je onom gornjem *daleko*. To 10 *najbliže*, ako bi se prihvatilo u mjesnom značenju, trpiti će one besmislenosti koje je pretrpjelo ono *daleko*. Ako se pak stavi nasuprot onom *daleko*, koje tamo ne nalazimo, tada treba šire istražiti da se pronađe, ako je moguće.

Ako bi se reklo da je to naše *daleko* od počela, jer je ono <po- 15 čelo> jednostavno, a ovo <naše> složeno, ta složenost čini da ne može ostati zauvijek, ja ću reći: Ako bi kontinuirano nastajanje trebalo prići najbliže supstanciji – treba sâmo biti što jednostavnije ili <nastajanje> najjednostavnijeg, ili da čini najjednostavnije nastalo. Ništa nije od toga. Niti se, naime, za nastajanje koje tre- 20 ba biti tako opremljeno kvalitetama, kako prvim, tako i drugim, tako i imati mjesna kretanja, mijenjanja i topline, može reći da je najjednostavnije – ili ako bi se reklo da nastaje u trenutku, forma koja se u tom trenutku uvodi, nije jednostavna, niti je <forma> 25 jednostavnih stvari. Naime, ono što nastaje, u njegovoj je filozofiji sastavljeno iz elemenata i što god se rađa iz nastajanja složeno je iz tih istih.

Nešto drugo, dakle, znači ono *najbliže*. No što bi drugo moglo značiti? Naime, svaka udaljenost ili je mjesna, ili je bitna, ili s 30 obzirom na narav blizih akcidenata. Čini se da nije bitna udaljenost, jer <bit> je najjednostavnije počelo, a nastajanje nije takvo. Ponajmanje je mjesna, jer počelo nije u mjestu. Ponajmanje je <udaljenost> od svih drugih akcidenata; nikoji, naime, akcidenti

<sup>16</sup> Nema grčkog navoda, usp. ARIST. GC 336b.32–34: οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα συνέϊροίτο τὸ εἶναι διὰ τὸ ἐγγύτατα εἶναι τῆς οὐσίας τὸ γίνεσθαι ἅει καὶ τὴν γένεσιν.

principio sunt, si modo pro principio deum intelligamus, aut intelligentiam aliquam, vel coelestem aliquam essentiam, vel elementalem, quae perpetua sit, non Aristotelico, sed Pythagorico, Parmenidico, Platonicoque<sup>iv</sup> vocum usu. Sed principium istud  
 5 esto coelum et Sol: causa, ut docebimur, inferiorum horum continuae generationis.

Mitto quaerere, qua ratione principium dictum sit et essentia generico nomine per metaphoram ad speciem contracto, contra edicta sua. Illud requiro, quo pacto generatio, quae accidens  
 10 est, proxima substantiae dici possit? Si vero proximitas ista sit imitatio ea, qua dicitur elementa suis rectis motibus generationem continuam efficientibus circularem coeli motum imitari, tunc dicam motus eos motibus coelorum similes fieri, non autem coelorum substantiae aut coelis ipsis. Quod si exponant generationem  
 15 continuam proxime ad substantiam accedere, hac ratione scilicet, quod res generabiles perpetuitatem, quae in simplicibus substantiis omnibus est, acquirant; aiemus nos falsum esse individua, quae suo dogmate primae substantiae sunt, perpetuari, secundas vero substantias aut opus non habuisse generatione  
 20 seu continua, seu interpolata, aut meliore modo incorruptione nimirum potuisse perpetuari. Speciosa ergo haec Aristotelis philosophia est, precii tamen nullius, nullius veritatis, nullius necessitatis.

Prosequamur:<sup>30</sup> *Huius autem, ut dictum est multoties, causa est latio circularis.* Et causam sane subdit:<sup>31</sup> *Eo quod adducat et abducat generativum.* Illud primum aio, in praecedentibus libris nulli  
 25 libi id ab eo dictum atque ita librum hunc post *Meteoros* apparet scriptum. Deinde illud est animadvertendum non negligenter, quomodo dicat tam saepe continuam generationem, quae continua non sit, sed deinceps. Superius eam appellavit ἐνδελεχῆ,  
 30

<sup>30</sup> Τούτου δ' αἴτιον, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, <αἰτία> ἢ κύκλω φορᾶ [ARIST. GC 336b.34–337a.1]

<sup>31</sup> διὰ τὸ προσάγειν καὶ ἀπάγειν τὸ γεννητικόν. [ARIST. GC 336a.17–18]

<sup>iv</sup> Corr. ex Planicoque



nisu u počelu, osim ako pod počelom shvaćamo boga ili nekakvu inteligenciju, ili nekakvu nebesku ili elementarnu bit koja je trajna – ne po Aristotelovoj nego Pitagorinoj, Parmenidovoj i Platonovoj upotrebi riječi. Neka to počelo bude nebo i Sunce – uzrok, kako nas uče, kontinuiranog nastajanja ovog nižeg. 5

Propuštam pitati, iz kojeg se razloga počelo naziva i bit, rod-  
nim imenom svedenim na vrstu metaforom protiv njegovih pra-  
vila. Pitam to: na koji se način nastajanje koje je akcident može  
nazivati najbližim supstanciji? Ako je pak ta *najbližost* ono *oponašanje* kojim kaže da elementi svojim pravocrtnim kretanjima, 10  
koja proizvode kontinuirano nastajanje, oponašaju kružno kretanje neba, tada ću reći da ta kretanja bivaju slična kretanjima nebesa, a ne supstanciji nebesa ili samim nebesima. Ako izlože to, da je kontinuirano nastajanje najbliže supstanciji, tj. iz tog razloga – jer stvari koje mogu nastati postižu trajnost koja postoji 15  
u svim jednostavnim supstancijama – mi ćemo reći da je netočno da jedinke, koje su po njegovom poučku supstancije, traju; a da druge supstancije ili nisu imale potrebe za nastajanjem, bilo neprekidnim, bilo ponovljenim, ili da su uistinu mogle biti trajne na bolji način, tj. ne-propadanjem. Izvanredna je ta Aristotelova 20  
filozofija, ali ipak bez ikakve vrijednosti, bez ikakve istine, ikakve nužnosti.

Nastavimo. »A uzrok toga je, kako je rečeno na mnogo mjesta, kružno pomicanje.« I dodaje uzrok: »Time što dovodi i odvodi ono što rađa.« Prvo kažem, u prethodnim knjigama on to 25  
nigdje nije rekao, tako da se čini da je ta knjiga napisana poslije *Meteorologije*. Zatim treba brižljivo paziti na to kako tako često zove neprekidnim nastajanjem <ono> koje nije kontinuirano nego s *prekidom*. Gore ga je nazivao *ἐνδελεχῆ*, a u drugima: »Nužno je, ako to

in his aliis:<sup>32</sup> *Necesse est his existentibus etiam generationem esse continue.* Neque enim generatio fit *continue*, συνεχῶς, sed *deinceps*, ἐφεξῆς, seu unius rei sit, seu plurium. Fit enim interrupto et non continuato motu, ut est coeli motus συνεχῆς, continuus. Sed nomina mittamus, res ipsas perpendamus.

Ait saepe ab eo dictum circularem motum esse causam generationis. Sed non omnis circularis motus, non primus, sed:<sup>33</sup> *Quare non prima latio causa est generationis et corruptionis. Sed ea quae est secundum Obliquum circulum.* Zodiacum nimirum, in quo Sol generativus accedendo et recedendo generationem continuam facit. De planetis, qui in eodem circulo feruntur, nulla consideratio, nulla mentio ab eo habita, cui ob id reliqui philosophi et astrologi illud obiiciunt, quod ipse veteribus obiecit, [467] dum de Solis nutrimento disputaret, inconueniens eos fecisse, Solem solum curasse, caeteros neglexisse.

dicta sunt, quia propria illorum natura sint. Rationem quoque eius rei statim addit:<sup>10</sup> Manifesto enim in animalibus inexistencia apparent, in quibus sane omnes tales particulae, dico autem veluti sinistrum et dextrum, aliquibus vero quaedam, plantis vero sursum et deorsum  
 5 solum. Quare [472] cum animalium propriae sint, recte videri possit ad coelum non pertinere. Ac ideo subiunxit dubitanter:<sup>11</sup> Quod si oporteat etiam coelo annectere aliquid talium, rationabile est. Rationabile, inquit, est coelo etiam inesse quod in animalibus est horum primum, sursum et deorsum, quia et haec et reliqua, ante  
 10 et retro, dextrum et sinistrum, principium quoddam est:<sup>12</sup> Singula veluti principium quoddam est. Atque ideo<sup>13</sup> has enim distantias rationabile est inesse corporibus perfectis omnes. Non solum coelo, non solum animalibus, sed corporibus perfectis non quasdam, sed omnes: quia omnes sint principia quaedam. Quaenam?<sup>14</sup> Est vero sursum quidem longitudinis principium, dextrum autem latitudinis, ante vero profunditatis.  
 15 Corpus autem omne perfectum esse tum Pythagoreorum, tum sua ipsius sententia primo *De coelo*, capite 1. scripsit idque ratione confirmavit:<sup>15</sup> Corpus solum fuerit ex magnitudinibus perfectum: solum enim terminatur tribus, hoc vero est omne trine cum sit divisibile, undequaue divisibile fuerit. Et paulo  
 20 post in eandem hanc sententiam:<sup>16</sup> Omnes<sup>i</sup> enim habet distantias. Longitudinem scilicet, latitudinem et profunditatem.

<sup>10</sup> φανερώς γὰρ ἔν γε τοῖς ζώοις ὑπάρχοντα φαίνεται τοῖς μὲν πάντα τὰ τοιαῦτα μόρια, λέγω δ' οἶον τό τε δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερόν, τοῖς δ' ἔνια, τοῖς δὲ φυτοῖς τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω μόνον. [ARIST. Cael. 284b.15–18]

<sup>11</sup> Εἰ δὲ δεῖ καὶ τῷ οὐρανῷ προσάπτειν τι τῶν τοιούτων, {καὶ τὸ πρῶτον, καθάπερ εἶπομεν, ἐν τοῖς ζώοις ὑπάρχον} εὐλογον. [ARIST. Cael. 284b.18–20]

<sup>12</sup> ἕκαστον οἶον ἀρχὴ τις ἐστίν. [ARIST. Cael. 284b.20–21]

<sup>13</sup> ταύτας γὰρ τὰς διαστάσεις εὐλογον ὑπάρχειν τοῖς σώμασι τοῖς τελείοις πάσας. [ARIST. Cael. 284b.23–24]

<sup>14</sup> Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἄνω τοῦ μήκους ἀρχή, τὸ δὲ δεξιὸν τοῦ πλάτους, τὸ δ' ἔμπροσθεν τοῦ βάθους. [ARIST. Cael. 284b.24–25]

<sup>15</sup> τὸ σῶμα μόνον ἂν εἴη τῶν μεγεθῶν τέλειον· μόνον γὰρ ὠρίσται τοῖς τρισίν, τοῦτο δ' ἐστὶ πᾶν. Τριχῆ δὲ ὄν διαιρετὸν πάντη διαιρετὸν ἐστίν. [ARIST. Cael. 268a.22–25]

<sup>16</sup> πάσας γὰρ ἔχει τὰς διαστάσεις. [ARIST. Cael. 269a.16–17]

<sup>i</sup> Corr. ex Onnes

je svojstveno njihovoj prirodi.« Odmah također dodaje razlog te stvari: »Očito se, naime, pokazuje da su u životinjama, u kojima <postoje> svi ti djelici<sup>6</sup>, kažem kao *lijevo* i *desno*, u nekima pak neki, u biljkama samo *gore* i *dolje*.« Stoga, [472] budući da su svojstvene životinjama, može se činiti da je točno da ne pripadaju nebu. Zato je dodao dvojeći: »Ako bi nešto od takvoga trebalo pridati nebu, razumno je.« Kaže, razumno je da jest i u nebu ono što je u životinjama prvo od toga *gore* i *dolje* – jer je i to i ostalo: *naprijed* i *natrag*, *desno* i *lijevo* neko počelo. »Pojedino je kao neko počelo.« I stoga: »Razumno je da su svi ti smjerovi u savršenim tijelima.« Ne samo u nebu, ne samo u životinjama, nego u savršenim tijelima, ne neki nego svi: jer svi su neka počela. Koja to? »*Gore* je počelo duljine, *desno* širine, *naprijed* pak dubine.« Da je svako tijelo savršeno, bila je kako <misao> pitagorovaca, tako i njegova vlastita misao; u 1. knjizi *O nebu* u 1. poglavlju napisao je i potvrdio razlogom: »Jedino bi tijelo bilo savršeno među veličinama; jedino je, naime, omeđeno trima <smjerovima>, a to je pak ono cijelo, budući da je trostruko djeljivo, bit će posve djeljivo.« I malo kasnije o toj istoj misli: »Ima, naime, sve smjerove, tj. *duljinu*, *širinu* i *dubinu*.«

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

<sup>6</sup> *Particulae* je Petrićev prijevod za μόρια; τὸ μόριον osim što znači poddio, mali dio nečega – znači također i dio neke podjele – što se čini da znači na ovom mjestu.

Neque enim ullum usquam reperiatur corpus, quod tres has distantias non habeat, quas cum habet, omnes habet, omnes vero cum habeat perfectum est, omne igitur corpus perfectum est. Cur ergo ait: *rationabile est corporibus perfectis inesse omnes*? Neque enim rationabile id tantum est, sed etiam ex positis necessarium. Cur etiam ait corporibus perfectis, quasi sint aut esse possint corpora aliqua imperfecta distantiarum harum ratione, cum omnia omnes habeant et qui omnia habet, nil ei desit, et cui nihil desit, perfectum esse definiit ipse in *Metaphysicis*, itaque impossibile est copora alia esse imperfecta?

Quod cum verissimum sit, omnia corpora inanima, arbores, animalia, coelum item ac universum perfecta sunt; si tres habeant distantias hasce, omnes enim habent. Si vero verum quoque sit, quod ipse ait, longitudinis principium esse ipsum sursum, latitudinis dextrum, profunditatis ante, cur dubitanter protulit εἰ δὲ δεῖ, *si oportet etiam coelo annectere horum aliquid*. Cum enim coelum, uti corpus, tres distantias possideat, principia quoque earum possidebit. Cur itidem, cum plantae corpora perfecta sint habeantque longum, latum et profundum, protulit: *plantis vero sursum et deorsum solum*<sup>17</sup>? Quasi longae tantum sint, reliquis duabus careant.

Cur etiam dixit: *animalibus aliquibus omnes has partes, aliquibus aliquas esse*<sup>18</sup>? Cumque omnibus corporibus communes sint distantiae hae omnes, cur dixit: *proprias esse animalium naturae*<sup>19</sup>? Si enim vera sunt corpora omnia tres hasce habere distantias ideoque omnes distantias, atque iccirco perfecta omnia sint. Si etiam vera sunt harum distantiarum principia esse: sursum, dextrum, ante, uti aperte asseruit, absurda profecto sunt haec omnia et rationabile id esse et de coelo dubitanter protulisse et plantis duas tantum esse et aliquas animalibus quibusdam et proprias eas animalium naturae esse.

<sup>17</sup> τοῖς δὲ φυτοῖς τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω μόνον. [ARIST. Cael. 284b.17–18]

<sup>18</sup> τοῖς μὲν πάντα τὰ τοιαῦτα {μόρια, λέγω δ' οἷον τό τε δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερόν,} τοῖς δ' ἕνια. [ARIST. Cael. 284b.15–17]

<sup>19</sup> διὰ τὸ τῆς φύσεως οἰκεῖα τῆς ἐκείνων εἶναι. [ARIST. Cael. 284b. 14]

Ne može se naći nikakvo tijelo koje nema ta tri smjera; kad ima njih, ima ih sve, kad ih ima sve, savršeno je; svako je stoga tijelo savršeno. Zašto onda kaže:<sup>7</sup> »Razumno je da su svi <smjerovi> u savršenim tijelima.« Nije to, naime, samo razumno, nego je također, na temelju postavljenog, nužno. Zašto također kaže – u savršenim tijelima – kao da bi bila ili mogla biti neka nesavršena s obzirom na te smjerove, kad sva imaju sve <smjerove> i tko ima sve, tome ništa ne nedostaje; kome ništa ne nedostaje, sam je u *Metafizici* definirao da je savršeno; stoga je nemoguće da postoje neka nesavršena tijela.

Budući da je to potpuno istinito, sva neživa tijela, stabla, životinje, nebo i također sveukupnost, savršena su, ako imaju ova tri smjera, imaju ih onda sve. Ako je pak istinito također, što sam kaže, da je počelo duljine ono samo *gore*, širine *desno*, dubine *naprijed*, zašto je dvojeći iznio: εἰ δὲ δεῖ, *ako treba također nebu pripisati nešto od toga*. Budući da nebo kao tijelo posjeduje tri smjera, posjedovat će također i njihova počela. Zašto je isto tako, budući da su biljke savršena tijela i imaju dugo, široko i duboko, iznio: »Biljke pak imaju samo *gore* i *dolje*.« – kao da su samo duge a da im ostala dva <smjera> nedostaju.

Zašto je također rekao: »Neke životinje <imaju> sve te dijelove, a neke <samo> neke.« – kad su svim tijelima zajednički svi ti smjerovi. Zašto je rekao: »Da su svojstveni prirodi životinja.« – ako je istinito da sva tijela imaju sva ta tri smjera i stoga sve smjerove i da su stoga sva savršena. Ako je također istinito da su počela tih smjerova: *gore*, *desno*, *naprijed*, kako je otvoreno tvrdio, zaista je besmisleno sve ono: i da je to razumno i da je dvojeći iznio o nebu i da biljke imaju samo dva <smjera> i da neke životinje imaju neke <smjerove> i da su <smjerovi> svojstveni prirodi životinjā.

<sup>7</sup> Nema grčkog, usp. ARIST. Cael. 284b.23–24: εὐλογον ὑπάρχειν τοῖς σώμασι τοῖς τελείοις πάσας.

Quae tot absurda tam paucis verbis comprehensa admirationem mihi non exiguam incutiunt. Sed sunt haec principia diligentius perpendenda, unde tot absurda pendere videntur. Forte enim accuratius pensiculata viam nobis ad veritatem patefacient.

5 Itaque ab universalioribus Aristotelico more ac methodo rem aggrediamur videamusque an omnino verum sit corpora omnia tres distantias habere et, si omnia tres habeant, an alias etiam habere possint, vel nulla praeter has tres usquam reperiatur. Post quae ea, quae ex his nectuntur, consideranda.

10 Ac quidem si Aristoteli geometrisque omnibus credamus, omnia corpora videntur tres distantias habere. Si quidem in omnibus linea longitudinis extendi potest, quam ad angulos rectos secet linea latitudinis ambasque alia linea eodem in puncto secet ad rectos itidem angulos, quae vocata est linea profunditatis.  
15 Quae cum in omnibus corporibus sectiones fieri queant, assertum est omnia corpora tres has distantias habere. Quod Aristoteles approbavit prooemio librorum *De coelo*.

Utrum autem plures aut pauciores esse possint in corpore aliquo, id dubium videri queat. [473] Nam pauciores in aliquibus  
20 esse tum res ipsa, tum Aristotelis autoritas videtur velle. Ait enim plantis sursum et deorsum inesse tantum, quae longitudinem solam constituunt, eius namque principium docuit esse τὸ ἄνω, *sursum*. Animalibus etiam aliquibus aliquas tantum esse asseruit.

25 Res etiam ipsa id ostendere videtur, in corporibus sphaericis nullam horum inesse natura. Nullo enim sphaerae aut pilae loco naturalem longitudinem, nullo latitudinem, nullo profunditatem, quam non etiam nomine aliarum nequeas appellare. Cubum etiam longitudine carere naturali, oculis non lippis, omnibus videatur manifestum, quod idem in octaedro, in dodecaedro, in icosaedro quoque clarum est perspicere, nullam enim in  
30 his lineam ad latera ducas caeteris longiorem. Latitudinis nullam, nullam itidem profunditatis, per quas non tantum tres, sed innumeras inveneris distantias: tot nempe, quot possunt lineae  
35 ad angulos rectos sese in eodem puncto intersecantes duci, at hae nulla certa in parte erunt constitutae in dictis corporibus. In aliis vero ibi longitudo apparet, ubi longior linea ducta est, lati-



Te tolike besmislice iskazane s tako malo riječi izazivaju u meni ne malo čuđenje. No treba pažljivije istražiti ta počela o kojima se čini da ovise tolike besmislenosti. Možda će nam brižljivije istražena otvoriti put k istini. Stoga na Aristotelov način i <njegovom> metodom krenimo na stvar od onog općenitijeg i vidimo da li je uopće istinito da sva tijela imaju tri smjera i, ako bi imala sva tri, da li bi mogla imati druge, ili ne postoji nijedan <smjer> osim ovih triju. Poslije toga treba razmotriti ono što se na to nadovezuje. 5

A zaista, ako bismo vjerovali Aristotelu i svim geometrima, čini se da sva tijela imaju tri smjera – ako se u svima crta duljine može protegnuti, a nju pod pravim kutovima siječe crta širine i obje siječe druga crta u istoj točki također pod pravim kutovima, koja se zove crta dubine. Budući da ta presijecanja mogu biti u svim tijelima, tvrdilo se da sva tijela imaju ta tri smjera. To je Aristotel potvrdio u predgovoru knjiga *O nebu*. 10 15

A da li bi ih u nekom tijelu moglo biti više ili manje, to bi se moglo činiti dvojbenim [473]. Naime, da ih ima manje u nekim <tijelima> čini se da hoće, kako sama stvar, tako i autoritet Aristotela. Kaže, naime, da je u biljkama samo gore i dolje, što uspostavlja samo duljinu; učio je da je njezino počelo τὸ ἄνω – gore. Također je tvrdio da neke životinje <imaju> samo neke <smjerove>. 20

Čini se da i sama stvar to pokazuje, da u sfernim tijelima po prirodi nema ničega takvoga. Ni na jednom, naime, mjestu kugle ili lopte nema prirodne duljine, ni na jednom širine, ni na jednom dubine koju ne bi mogao nazvati također imenom drugih dvaju <smjerova>. Svima sa zdravim očima može se činiti jasnim da kocka također nema prirodnu duljinu – to se također očito vidi u oktaedru, u dodekaedru, u ikosaedru; nećeš u njima povući nijednu crtu k stranicama dulju od ostalih; <nećeš povući> nijednu <crtu> širine, također nijednu dubine. Pomoću njih naći ćeš ne samo tri, nego bezbrojne smjerove, toliko, naime, koliko se može povući crtâ koje se sijeku u istoj točki pod pravim kutom, a te <crte> neće biti u spomenutim tijelima uspostavljene u nijednom točnom udjelu. U drugim se pak <tijelima> duljina pojavljuje ondje gdje je povučena dulja crta, širina gdje je ta manja, ali veća 25 30 35

tudo, ubi minor haec, sed maior quam tertia, quae designat profunditatem. Quod si profunditatis linea aequa sit cum linea latitudinis, tum et se ipsam et latitudinem confundit et non minus altera, quam altera et profunditas et latitudo appareat. Si vero  
 5 etiam longitudo ita decurtetur, ut aequalis fiat aliis duabus, tum et nomina et res ipsae longitudinis, latitudinis ac profunditatis perierunt.

Quid ergo in hoc principio, quod firmissimum videbatur, quod omnibus notum, ab omnibus concessum fuerat, dicendum?  
 10 Linearum eodem in puncto ad rectos angulos sese secantium innumerabiles sectiones fieri posse nemo geometrarum in dubium vertet. Sed innumerabiles hae ad tres tantum primas ac simplices redire. Sed qui tres has lineas nominibus longitudinis, latitudinis ac profunditatis insignivit, in simplicibus illis quinque corpori-  
 15 bus iam dictis, non videtur eadem perspicacia usus, non enim praeterquam pyramidi soli accomodantur, et si cui competunt naturaliter longitudo, latitudo, profunditas, necesse est tres hasce lineas omnes inter se inaequales esse, quarum maior longitudinem constituat, media latitudinem, minima profunditatem.

20 Id cum ita sit, neque necessarium, neque εὔλογον est in omnibus corporibus seu perfectis seu imperfectis eas omnes distinctas reperiri. Nam in quibus vel omnes vel duae aequales sunt, vel omnium nomina et effectus pereunt, vel duarum vel unius. Omnium quidem in sphaera, in cubo reliquisque. Pyramis vero  
 25 si omnes inaequales habeat, omnium et nomina et facta conservabit. Si vero duas, duarum tantum.

Itaque hoc manifesto ita constituto dicimus falsam esse Aristotelis sententiam: *rationabile esse corporibus perfectis omnes inesse*. Omnia enim corpora quatenus trium linearum intersectionem in  
 30 puncto eodem recipiunt, perfecta sunt quidem, non tamen distinctas tres distantias continent. Haec itaque prima Aristotelicae sententiae falsitas arguatur.

nego treća koja označava dubinu. Pa ako je crta dubine jednaka s crtom širine, tada pomiješa sebe samu i širinu i pokazuju se jednako jedna i druga kao dubina i širina. Ako bi se pak duljina tako skratila da bi bila jednaka drugim dvjema, tada bi propala kako imena, tako i same stvari duljine, širine i dubine. 5

Stoga što treba reći u vezi s tim počelom koje se činilo najčvršće, koje su svi poznavali i dopuštali? Nitko od geometara neće dovesti u dvojbu da mogu postojati bezbrojna sjecišta crta koje se sijeku u istoj točki pod pravim kutom, ali da se ta bezbrojna svode na samo tri prva i jednostavna. No onaj koji je te tri crte označio imenima duljine, širine i dubine s obzirom na već rečenih pet jednostavnih tijela<sup>8</sup>, ne čini se da se poslužio istim oštroumljem; jer odgovaraju jedino piramidi; i ako nekome <tijelu> prirodno pripadaju duljina, širina, dubina, nužno je da sve te tri crte budu međusobno nejednake, od kojih veća uspostavlja duljinu, srednja širinu, najmanja dubinu. 10 15

Budući da je to tako, nije nužno niti εὐλογον <razumno> da se <crte smjerova> nađu sve razlučene u svim tijelima, bilo savršenim, bilo nesavršenima. Naime, u onim u kojima su ili sve ili dvije jednake, propadaju imena i učinci ili svih ili dviju ili jedne. A u kugli, u kocki i u ostalima <propadaju imena i učinci> svih. Piramida pak, ako bi imala sve nejednake, sačuvat će imena i djelovanja svih; ako pak dva <ima nejednaka>, samo dviju. 20

Stoga, kad je to jasno uspostavljeno, kažemo da je netočna Aristotelova misao »da je razumno da su svi <smjerovi> prisutni u savršenim tijelima.«<sup>9</sup> Sva, naime, tijela, ukoliko prihvaćaju sjecište triju crta u istoj točki, zaista su savršena, ali ipak ne sadrže tri odijeljena smjera. I tako se može pokazati ta prva netočnost Aristotelove misli. 25

<sup>8</sup> Petrić ovdje misli na konveksna, pravilna ili Platonova tijela (*corpora regularia*): tetraedar (Petrić ga zove piramidom i pritom misli na pravilni tetraedar, ali i na onaj koji ima različitu bazu), kocku (*cubus*), oktaedar, dodekaedar i ikosaedar. Platonovih tijela ima pet, a definicije za to postoje već kod Euklida.

<sup>9</sup> Nema grčkog, usp. ARIST. Cael. 284b.23–24: ταύτας γὰρ τὰς διαστάσεις εὐλογον ὑπάρχειν τοῖς σώμασι τοῖς τελείοις πάσας.

Secunda forte est atque hac non minor, ea quae asserit:<sup>20</sup> *Est vero sursum quidem longitudinis principium, dextrum autem latitudinis, ante vero profunditatis. Quae res, ut plene planeque perspicatur statuendum prius, quod Aristoteles statuit, sursum duplex esse: positione, θέσει, et opere, ἔργω. Sic enim libro De partibus ad localem motum utilibus, capite 4. scripsit:<sup>21</sup> Distinctum vero opere est et non positione solum ad terram atque ad coelum, unde enim nutrimenti transitus et auctio singulis, sursum hoc est. Horum autem duorum sursum alterum est in universo, quod positione dicitur, alterum in animalibus et animatis corporibus, quod dicitur sursum opere. De illo 2. De elementis 1. sic:<sup>22</sup> Nos vero universi extremum sursum dicimus, quod et positione sursum est et natura primum.*

Sursum autem opere triplex esse asserit libello *De vita*, capite 2:<sup>23</sup> [474] *Praeterea cum distinguatur corpus viventium omnium ipso sursum et deorsum (omnia enim habent sursum et deorsum), itaque et plantae, clarum quod nutritivum principium habent in medio horum. Eam enim partem, per quam nutrimentum ingreditur, sursum vocamus ad ipsam respicientes, sed non ad universum continens. Deorsum vero eam partem, per quam excrementum eiicit primum. Habet autem hoc contrario modo plantis et animalibus. Homini enim ob rectitudinem maxime animalium inest hoc, habere scilicet supernam partem ad universi sursum, aliis vero inter haec medium.*

<sup>20</sup> Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἄνω τοῦ μήκους ἀρχή, τὸ δὲ δεξιὸν τοῦ πλάτους, τὸ δ' ἔμπροσθεν τοῦ βάθους. [ARIST. Cael. 284b.24–25]

<sup>21</sup> διείληπται δ' ἔργω, καὶ οὐ θέσει μόνον τῇ πρὸς τε τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανόν. ὅθεν μὲν γὰρ ἡ τῆς τροφῆς διάδοσις καὶ {ή} αὐξησις ἐκάστοις, ἄνω τοῦτ' ἐστὶ [ARIST. IA 705a.31–33]

<sup>22</sup> Ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντός ἔσχατον ἄνω λέγομεν, ὃ καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἐστὶν ἄνω καὶ τῇ φύσει πρῶτον. [ARIST. Cael. 308a.21–22]

<sup>23</sup> ἔτι δὲ διηρημένου τοῦ σώματος τῶν ζώντων πάντων τῷ τ' ἄνω καὶ <τῷ> κάτω (πάντα γὰρ ἔχει τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, ὥστε καὶ τὰ φυτά), δῆλον ὅτι τὴν θρεπτικὴν ἀρχὴν ἔχει ἂν ἐν μέσῳ τούτων· καθ' ὃ μὲν γὰρ εἰσέρχεται μόριον ἢ τροφή, ἄνω καλοῦμεν, πρὸς αὐτὸ βλέποντες ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ περιέχον ὅλον, κάτω δὲ καθ' ὃ τὸ περίττωμα ἀφίησι τὸ πρῶτον. ἔχει δ' ἐναντίως τοῖς φυτοῖς τοῦτο καὶ τοῖς ζώοις· τῷ μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ διὰ τὴν ὀρθότητα μάλιστα ὑπάρχει τοῦτο τῶν ζώων, τὸ ἔχειν τὸ ἄνω μόριον πρὸς τὸ τοῦ παντός ἄνω, τοῖς δ' ἄλλοις μεταξύ [ARIST. Juv. 467b.32–468b.19]

Druga je <netočna misao>, možda i ne manja od ove, ona koja tvrdi: »Gore je zaista počelo duljine, a desno širine, naprijed pak dubine.« Da bi se ta stvar potpuno i jasno razumjela, treba prvo utvrditi da je Aristotel utvrdio da je gore dvostruko: θέσει, 5  
po položaju i ἔργῳ, s obzirom na djelovanje. Tako je, naime, u knjizi *O dijelovima korisnima za mjesno kretanje* u 4. poglavlju napisao: »Razlikuje se s obzirom na djelovanje a ne samo po položaju prema zemlji i prema nebu; odakle je, naime, za pojedine prelazak hrane i povećavanje – to je gore.« Od ta dva gore, jedno je u sveukupnosti što se naziva *po položaju*, drugo je u životinjama i oživljenim tijelima što se naziva gore s obzirom na djelovanje. 10  
O onome u 2. knjizi *O elementima* u 1. poglavlju ovako: »Mi pak krajnost sveukupnosti zovemo *gore*, što je i po položaju gore i po prirodi prvo.«

A gore s obzirom na djelovanje tvrdi da je trostruko u knjižici *O životu* u 2. poglavlju: [474] »Osim toga budući da se razlikuje tijelo svih živih bića samim *gore* i *dolje* (jer sva imaju *gore* i *dolje*), tako je očito da i biljke imaju hranidbeno počelo u njihovoj sredini. Onaj dio kroz koji ulazi hrana, zovemo *gore* gledajući prema njoj, a ne na obuhvatnu sveukupnost. *Dolje* <zovemo> pak onaj 20  
dio kroz koji prvo izbacuje izlučevinu. To se događa na suprotan način biljkama i životinjama. Jer čovjeku je zbog uspravnog položaja, najviše od svih životinja, svojstveno da ima gornji dio prema onom *gore* sveukupnosti, a drugima <je gornji dio> ono srednje između toga.« 25

Ex quibus licet colligere sursum esse triplex opere. Aliorum sursum esse ad universi sursum, ut hominis. Aliorum ad universi deorsum, ut plantarum. Aliorum inter haec medium, ut animalium reliquorum. Plantarum sursum esse universi deorsum etiam libro *De partibus ad motum etc.* capite 4. docuit his:<sup>24</sup> Videatur autem plantis proprium esse deorsum magis, non enim similiter habet sursum positione et deorsum his et animalibus. Habet quidem ad universonon similiter, sed opere habet similiter, radices enim sunt in plantis ipsum sursum. Inde enim nutrimentum transmittitur plantis et his accipiunt ipsum, sicuti animalia ore.

Quavis autem harum significationum sursum ipsum sumatur, nequaquam vera est illa Aristotelis sententia: *sursum esse longitudinis principium*. Nam in universo est quidem sursum at nulla in ea longitudo naturalis; omnes enim a centro lineae ad circumferentiam aequales sunt. At in talibus corporibus, ut etiam simplicibus aliis, nullam esse natura longitudinem supra est ostensum, itaque in universo sursum ipsum nullius longitudinis principium est.

Multa quoque in universo corpora sunt, metalla, lapides, in quibus quantumvis perfectis, nihil sursum vel positione vel opere est; longitudinem tamen habent pleraque, non ergo longitudo a sursum, ut a principio pendet, neque hoc est longitudinis principium, neque id verum esse aut sensibus aut rationibus persuadetur. Falsa est ergo in his Aristotelis traditio. Falsa etiam alia illa, qua dextrum esse latitudinis principium est assertum. Tabula enim haec mea, papyrus item, quae scriptionem hanc suscipit, latitudinem habent: dextrum tamen natura sua nullum habent, non est ergo dextrum latitudinis principium. Veluti neque profunditatis tabulae ullum ante est principium. In universo ergo, in inanimis corporibus nihil horum, quantumvis perfectissimis.

<sup>24</sup> καίτοι δόξειέ γ' ἂν τοῖς φυτοῖς οἰκεῖον εἶναι τὸ κάτω μᾶλλον· οὐχ ὁμοίως γὰρ ἔχει τῇ θέσει τὸ ἄνω καὶ κάτω τούτοις καὶ τοῖς ζώοις. ἔχει δὲ πρὸς μὲν τὸ ὅλον οὐχ ὁμοίως, κατὰ δὲ τὸ ἔργον ὁμοίως. αἱ γὰρ ῥίζαι εἰσι τὸ ἄνω τοῖς φυτοῖς· ἐκεῖθεν γὰρ ἡ τροφή διαδίδεται τοῖς φυομένοις, καὶ λαμβάνει ταύταις αὐτήν, καθάπερ τὰ ζῶα τοῖς στόμασιν. [ARIST. IA 705b.2–8]



Iz toga je dopušteno povezati da je gore s obzirom na djelovanje trostruko; da je gore jednih prema onom *gore* sveukupnosti, npr. <gore> čovjeka, a drugih da je u odnosu na sveukupnost dolje, npr. biljaka. <Gore opet> drugih je između tih srednje, npr. ostalih životinja. Da je gore biljaka dolje sveukupnosti poučavao je također u knjizi o *Dijelovima za kretanje* itd. u 4. poglavlju ovim <riječima>: »Može se činiti da je biljkama više svojstveno dolje; ne odnosi se jednako gore i dolje po položaju njima i životinjama. Ne odnosi se slično prema sveukupnosti, ali se <gore i dolje> s obzirom na djelovanje odnosi slično; korijenje je u biljkama ono samo *gore*. Odatle se, naime, biljkama prenosi hrana i njime ju primaju, kao životinje ustima.«

U kojem god da se od ovih značenja uzme samo *gore*, nikako nije istinita ona Aristotelova misao da: »gore je počelo duljine.« Naime, u sveukupnosti postoji zaista *gore*, ali <ne postoji> prirodna duljina; jer su sve crte iz središta prema kružnici jednake, a u takvim tijelima, kao također i u drugim jednostavnim gore je pokazano da ne postoji nikakva duljina po prirodi. Stoga u sveukupnosti samo *gore* nije počelo nijedne duljine.

Postoje također u sveukupnosti mnoga tijela, kovine, kamenje u kojima, ma kako savršenima, ne postoji ništa gore bilo po položaju, bilo s obzirom na djelovanje, a ipak većina ima duljinu. Ne ovisi, dakle, duljina o *gore* kao o počelu, niti je to počelo duljine, te niti osjetila niti razlozi ne uvjeravaju da je istinito. Netočna je, dakle, u tome Aristotelova predaja. Netočna je također ona druga kojom se tvrdi da je desno počelo širine. Naime, ova moja ploča, koja prima ovo pisanje, kao i papir, imaju širinu, ipak po svojoj prirodi nemaju nikakvo *desno*, nije, dakle, desno počelo širine, kao što nikakvo *naprijed* nije počelo dubine ploče. U sveukupnosti, dakle, u neživim, premda najsavršenijim tijelima, nema ništa od toga.

Haec quamvis sunt ab Aristotele universaliter de corporibus omnibus prolata, attamen in animalibus eadem consideremus, de quibus eodem libello *De partibus ad motum etc.* capite eodem 4, sic est ab eo scriptis mandatum:<sup>25</sup> *Quaecumque vero non solum*  
 5 *vivunt, sed etiam animalia sunt, his talibus inest ante et retro: sensum enim habent haec omnia, determinatur autem secundum hunc ante et retro.* Mox deinde:<sup>26</sup> *Quaecumque vero animalium non solum sensu participant, sed possunt facere, ipsa per se ipsa motum secundum loca, in his praeter iam dicta determinatum est sinistrum atque dextrum.* Ex  
 10 quibus clara est Aristotelis sententia in animalibus sensu tantum praeditis esse ante, in iis vero, quae motum etiam localem habent, esse dextrum. Quod etiam his aliis confirmavit:<sup>27</sup> *A dextris vero motus secundum locum, ab ante vero (motus) secundum sensum. Ante enim voco, in quo sensus: ideo non in omni corpore sursum et*  
 15 *deorsum et dextrum et sinistrum est quaerendum. Sed quaecumque habent motionis principium, in seipsis cum sint animata.*

Quae inanima sunt, quae non perfecte animata corpora, nequaquam ex eius sententia ante et dextrum obtinent. At obtinent profunditatem ac latitudinem, non ergo ante profunditatis est  
 20 principium, dextrum latitudinis.

Nonne haec superioribus ab eo universaliter prolatis contradicunt? Et praeterea falsa est haec sententia undequaue, nempe sursum [475] longitudinis, dextrum latitudinis, ante profunditatis esse principia. Neque vero multo verior est ea, quam illi sub-

<sup>25</sup> ὅσα δὲ μὴ μόνον ζῆ ἀλλὰ καὶ ζῶά ἐστι [εἰσι], τοῖς τοιούτοις ὑπάρχει τό τε ἔμπροσθεν καὶ τὸ ὀπίσθεν. αἰσθησὶν γὰρ ἔχει ταῦτα πάντα, ὀρίζεται δὲ κατὰ ταύτην τό τε ὀπίσθεν καὶ τὸ ἔμπροσθεν [ARIST. IA 705b.8–11]

<sup>26</sup> ὅσα δὲ τῶν ζῶων μὴ μόνον αἰσθήσεως κοινωνεῖ, ἀλλὰ δύναται ποιεῖσθαι τὴν κατὰ τόπον [τόπους] μεταβολὴν αὐτὰ δι' αὐτῶν [αὐτά], ἐν τούτοις {δὴ} διώριστα πρὸς τοῖς λεχθεῖσι τό τ' ἀριστερόν καὶ τὸ δεξιόν. [ARIST. IA 705b.13–17]

<sup>27</sup> ἀπὸ δὲ τῶν δεξιῶν ἢ κατὰ τόπον, ἀπὸ δὲ τῶν ἔμπροσθεν ἢ κατὰ τὴν αἰσθησὶν· ἔμπροσθεν γὰρ λέγω ἐφ' ὃ αἰ αἰσθήσεις. Διὸ καὶ οὐκ ἐν ἅπαντι σώματι τὸ ἄνω καὶ <τὸ> κάτω καὶ τὸ δεξιὸν καὶ <τὸ> ἀριστερόν καὶ τὸ ἔμπροσθεν καὶ <τὸ> ὀπίσθεν ζητητέον, ἀλλ' ὅσα ἔχει κινήσεως ἀρχὴν ἐν αὐτοῖς ἐμψυχα ὄντα [ARIST. Cael. 284b.28–33]

Premda je to Aristotel općenito iznio o svim tijelima, ipak ćemo razmotriti to isto u životinjama o kojima je u istoj knjižici *O dijelovima za kretanje* itd. u istom 4. poglavlju tako predao spisima: »Što god pak ne samo živi, nego su također životinje, u njima takvima je prisutno naprijed i natrag; sve one, naime, imaju osjetilo a prema njemu biva određeno naprijed i natrag.« Uskoro zatim: »One životinje koje imaju udjela ne samo u osjetilu, nego mogu same po sebi izvoditi mjesno kretanje, u njima je osim rečenoga određeno lijevo i desno.« Iz toga je jasna Aristotelova misao da u životinjama koje su opskrbljene samo osjetilom postoji naprijed, u onima pak koje imaju također mjesno kretanje postoji desno. To je također potvrdio ovim drugim: »S desna pak je mjesno kretanje, od naprijed pak (kretanje) u skladu s osjetom. Naprijed, naime, zovem ono u čemu je osjetilo; stoga se ne smije u svakom tijelu tražiti gore i dolje i desno i lijevo, nego u svima koja imaju počelo kretanja u sebi samima, jer su oživljena.«

Tijela koja nisu oživljena, koja nisu savršeno produševljena, po njegovom mišljenju nikako ne posjeduju naprijed i desno. No posjeduju dubinu i širinu, nije, dakle, naprijed počelo dubine, a desno počelo širine.

Zar to ne proturječi onome što je on općenito prije iznio. I osim toga ta je misao posve netočna, naime da su *gore* počela duljine, [475] *desno* širine, *naprijed* dubine. Nije mnogo istinitija niti ova koju onoj dodaje: »Prema tome drugačije s obzirom na

didit:<sup>28</sup> *Adhuc vero aliter secundum motus. Principia enim haec dico, unde incipiunt motus habentibus. Est autem a sursum quidem augmentum, a dextris autem motus localis, ab ante vero motus secundum sensum. Eandem hanc sententiam libello iam citato De partibus*  
 5 *eodem capite 4. et libello De vita capite 2. replicavit. Non pergam verba proferre.*

Singulas has partes perpendamus. Ac primo sursum, quod primo loco ipse constituit principium augmenti<sup>ii</sup>. Alio loco protulerat:<sup>29</sup> *Per quam etenim particulam intrat cibus, sursum vocamus*  
 10 *ad ipsum respicientes, sed non ad continens universum. Idem aliis verbis libello eodem De partibus, capite eodem:*<sup>30</sup> *Unde enim cibi distributio et augmentum singulis, sursum hoc est. Itaque id erit in animalibus sursum, quo cibum capiunt. Id autem in animalibus os dicitur, in plantis, ut ipse docuit, radices:*<sup>31</sup> *Correspondent enim*  
 15 *radices plantis et quod vocatur os animalibus, radices enim sunt ipsum sursum plantis, illinc enim cibus distribuitur plantis et accipiunt his ipsum, veluti animalia ore.*

Duo sunt in hac sententia expendenda. Alterum: an augmenti principium sit os et radix. Alterum: quam ob causam pars haec  
 20 sursum dicatur potius quam ulla alia.

In priore illo non videtur Aristoteles sibi constare. Nam alibi aliter scripsit, nempe libro *De vita* capite 2, ubi non os, non radi-

<sup>28</sup> <Ἐτι δ' > ἄλλως κατὰ τὰς κινήσεις· ἀρχὰς γὰρ ταύτας λέγω ὅθεν ἄρχονται πρῶτον αἱ κινήσεις τοῖς ἔχουσιν. Ἔστι δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ ἄνω ἢ αὐξήσις, ἀπὸ δὲ τῶν δεξιῶν ἢ κατὰ τόπον, ἀπὸ δὲ τῶν ἔμπροσθεν ἢ κατὰ τὴν αἴσθησιν. [ARIST. Cael. 284b.26–29]

<sup>29</sup> καθ' ὃ μὲν γὰρ εἰσέρχεται μόριον ἢ τροφή, ἄνω καλοῦμεν, πρὸς αὐτὸ βλέποντες ἄλλ' οὐ πρὸς τὸ περιέχον ὅλον. [ARIST. Jun. 468b.13–15]

<sup>30</sup> ὅθεν μὲν γὰρ ἢ τῆς τροφῆς διάδοσις καὶ {ἢ} αὐξήσις ἐκάστοις, ἄνω τοῦτ' ἐστὶ. [ARIST. IA 705a.32–33]

<sup>31</sup> ἀνάλογον γὰρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τοῖς φυτοῖς καὶ τὸ καλούμενον στόμα τοῖς ζῴοις, [ARIST. Jun. 468b.21–23]; αἱ γὰρ ῥίζαι εἰσὶ τὸ ἄνω τοῖς φυτοῖς· ἐκεῖθεν γὰρ ἢ τροφή διαδίδοται τοῖς φυομένοις, καὶ λαμβάνει ταύταις αὐτὴν, καθάπερ τὰ ζῶα τοῖς στόμασιν. [ARIST. IA 705b.6–8]

<sup>ii</sup> Corr. ex argumenti

kretanje. Počelima nazivam ono odakle započinju kretanja onima koji ih imaju. A povećavanje je zaista od onog *gore*, od *desnog* mjesno kretanje, a od *naprijed* kretanje s obzirom na osjetilo.« Istu je tu misao ponovo razvio u već navedenoj knjižici *O dijelovima*, u istom 4. poglavlju i u knjižici *O životu* u 2. poglavlju. Neću nastaviti izlagati riječi. 5

Odvagnimo ove pojedine dijelove, a prvo *gore* koje je na prvom mjestu sam uspostavio kao počelo povećavanja. Na drugom je mjestu iznio: »Jer nazivamo *gore* prema djeliću po kojem ulazi hrana gledajući samo na to, ali ne na obuhvaćajuću sveukupnost.« Isto drugim riječima, u istoj knjižici *O dijelovima* u istom poglavlju: »Odakle je, naime, pojedinima podjela hrane i povećavanje – to je *gore*.« Dakle, to će biti u životinjama *gore* gdje uzimaju hranu. To se kod životinja naziva usta, kod biljaka, kako je sam poučavao, korijenje: »Odgovara korijenje biljkama i ono što se zove usta životinjama. Korijenje je ono samo *gore* biljkama; jer se odatle hrana raspodjeljuje biljkama i njime primaju nju samu, kao životinje ustima.« 10 15

U toj misli treba odvagnuti dvoje: prvo, da li su počelo povećavanja usta i korijen, drugo zbog kojeg se uzroka taj dio naziva *gore* radije nego neki drugi. 20

U onom prvom čini se da Aristotel nije sam sebi dosljedan. Naime, na drugom je mjestu drugačije napisao, u knjizi *O životu*

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

ces nutrimento dat, sed mediam corporis partem:<sup>32</sup> *Cum partes tres sint, in quas dividuntur perfecta omnia animalia, una quidem qua recipiunt nutrimentum, una qua excrementa proiiciunt, tertia media harum. Haec in maximis quidem animalibus vocatur pectus, in aliis*  
 5 *vero quod proportione respondet. Et paulo post:*<sup>33</sup> *Sed nutrientis animae principium in media trium partium et ad sensum videtur esse et per rationem. Atque:*<sup>34</sup> *Itaque et plantae nimirum nutritivum principium habeant in medio harum. Quam rem sequenti capite latius tum in plantis, tum in animalibus sanguine carentibus et praeditis explicat, cuius fine sic concludit:*<sup>35</sup> *Secundum quidem ea, quae apparent,*  
 10 *clarum ex dictis, quod in hac et in media corporis trium partium sensitivae principium animae est et augmentativae et nutritivae.*

Quo ergo pacto verum est, quod superius dixerat, augmenti principium esse os? Si vera est altera haec, principium nutritionis et incrementi est pars media corporis? Cor nimirum ut  
 15 eodem capite ipse explicat? Aut si illa vera est, quo modo haec falsa non est? Neque solvent hunc nodum haec eiusdem capituli verba:<sup>36</sup> *Clarum ergo, quod unam quandam operationem oris ministrat potentia, aliam vero potentia stomachi circa cibum. Imo potius auget*  
 20 *difficultatem, iam enim accedit et ventriculus pro tertio principio incrementi.*

<sup>32</sup> Τριῶν δὲ μερῶν ὄντων εἰς ἃ διαιρεῖται πάντα τὰ τέλεια τῶν ζώων, ἑνὸς μὲν ἢ δέχεται τὴν τροφήν, ἑνὸς δ' ἢ τὸ περίπτωμα προῖεται, τρίτου δὲ τοῦ μέσου τούτων, τοῦτο ἐν μὲν τοῖς μεγίστοις τῶν ζώων καλεῖται στήθος, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις τὸ ἀνάλογον. [ARIST. Juv. 468b.25–29]

<sup>33</sup> ἀλλ' ἢ γε τῆς θρεπτικῆς ἀρχῆς ψυχῆς ἐν τῷ μέσῳ τῶν τριῶν μορίων καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν οὕσα φαίνεται καὶ κατὰ τὸν λόγον. [ARIST. Juv. 468b.32–469a.3]

<sup>34</sup> ὥστε καὶ τὰ φυτά), δῆλον ὅτι τὴν θρεπτικὴν ἀρχὴν ἔχει ἂν ἐν μέσῳ τούτων. [ARIST. Juv. 467b.34–468a.1]

<sup>35</sup> κατὰ μὲν οὖν τὰ φαινόμενα δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι ἐν τούτῳ τε καὶ ἐν τῷ μέσῳ τοῦ σώματος τῶν τριῶν μορίων ἢ τε τῆς αἰσθητικῆς ψυχῆς ἀρχὴ ἐστὶ καὶ ἢ τῆς ἀξητικῆς καὶ <ἢ τῆς> θρεπτικῆς. [ARIST. Juv. 469a.23–27,28]

<sup>36</sup> φανερὸν τοίνυν ὅτι μίαν μὲν τινα ἐργασίαν ἢ τοῦ στόματος λειτουργεῖ δύναμις, ἑτέραν δ' ἢ τῆς κοιλίας, περὶ τὴν τροφήν, [ARIST. Juv. 469a.2–4]



u 2. poglavlju, gdje hrani ne daje usta niti korijenje, nego srednji dio tijela: »Budući da postoje tri dijela na koja se dijele sve savršene životinje, jedan kojim primaju hranu, drugi kroz koji izbacuju izlučevine, treći u sredini tih; taj se zaista u najvećim životinjama naziva prsa, a u ostalima pak ono što tome proporcionalno odgovara.« I malo poslije: »No čini se da je počelo hranidbene duše u sredini triju dijelova – čini se da je <tamo> i osjetilom i po razumu.« Također: »Stoga i biljke uistinu imaju hranidbeno počelo u svojoj sredini.« Tu stvar u sljedećem poglavlju šire objašnjava kako u biljkama, tako i u životinjama koje nemaju krvi i koje su opskrbljene <krvlju>; na kraju toga ovako zaključuje: »Prema onome što se pokazuje jasno je iz rečenog, da je u tom <dijelu> i u srednjem od triju dijelova tijela, počelo osjetilne duše i povećavajuće i hranidbene.«

Na koji je, dakle, način istinito što je gore rekao da su usta počelo povećavanja, ako je istinita ova druga <misao> da je počelo hranjenja i rasta srednji dio tijela – uistinu srce, kako sam u istom poglavlju tumači? Ili, ako je istinita ona, kako ova nije neistinita? Taj čvor neće razriješiti ove riječi istog poglavlja: »Jasno je, dakle, da neko jedno djelovanje poslužuje moć usta, drugo pak moć želuca u vezi s hranom.« Dapače još povećava poteškoću, pristupa još i trbuh za treće počelo rasta.

INSTITUT  
ZA FILOZOFIJU

Quod si detur, tria esse incrementi principia in animali, dabitur etiam illud rationi consonum esse, quod trium horum principiorum principalius est, id esse quoque principalius incrementi principium. Id autem esse cor ipse declarat, quia sine corde nulla animalia vivunt, sine ore ac etiam sine capite, in quo os est, multa  
 5 animalia vivere ipse testatur eodem 2. capite libri *De vita*:<sup>37</sup> *Multa enim animalia ablati utrisque partibus vocato capite et ea, qua recipit nutrimentum, vivunt, cum qua<sup>iii</sup> sit tamen media.*

Cur ergo cor principalis principium principalioris distantiae, sursum scilicet [476] principium non docuit esse? Sed minus principale os posuit. Natura enim cum in omnibus (ipsomet millies docente) optimum semper opus peragat, principaliora ac praestantiora principalioribus ac praestantioribus coniungit, quod et ipse facere debuit, cor distantiae sursum et non os aut  
 10 stomachum statuere oportuit, haec enim duo causae potius sine qua non rationem habent, quam efficientis.

Qua ratione manus in homine, in avibus rostrum, in reliquis, quod rostri habet locum nutritionis ac incrementi, possent dici principium esse: quia ut instrumenta inserviant, quemadmodum et os  
 20 et stomachus. Sed si hominis os respectans sursum principium esse dixerit, quia in parte sit, quae sursum totius universi petit, non est iam cibi ac incrementi respectus ab eo consideratus, sed universi positio atque sursum ipsius, sed si haec causa fuit, cur solum hominem respexit, non autem tot plantarum, tot animalium species,  
 25 quae os in parte habent, quae ad universi deorsum spectat? Nonne solidior ea est doctrina, quae rerum naturae respondet?

Natura autem non unius rei curam gerit, sed universarum. Potius studium naturae est ut omnes, quam ut plurimas nedum unas curet. Soli homini os sursum dedit, reliquis animalibus,  
 30 plantis omnibus os dedit deorsum. Quid satius dicemus? Profecto, si nullam rem umquam ea frustra egit, non est negandum

<sup>37</sup> πολλὰ γὰρ τῶν ζώων [ζῶα] ἀφαιρουμένου ἐκατέρου [ἀφαιρουμένου ἐκατέρων] τῶν μορίων, τῆς τε [γε] καλουμένης κεφαλῆς καὶ τοῦ δεκτικοῦ τῆς τροφῆς, ζῆ μεθ' οὐπερ ἂν ἦ τὸ μέσον. [ARIST. Juv. 469a.3–5]

<sup>iii</sup> Corr. ex quo

Pa ako bi se dalo da u životinji postoje tri počela rasta, dat će se također i to da je u skladu s razlogom da je ono što je od tih triju počela glavnije također glavnije počelo rasta. A da je to srce sâm objašnjava, jer bez srca ne žive nijedne životinje, a bez usta, i također bez glave u kojoj su usta, sâm posvjedočuje da žive mnoge životinje u istom 2. poglavlju knjige *O životu*: »Naime, mnoge životinje kad se oduzmu oba dijela: tzv. glava i onaj <dio> koji uzima hranu, žive s onim koji je ipak srednji.«

Stoga zašto nije učio da je važnije počelo – srce, počelo važnijeg smjera, tj. počelo onog *gore*, [476] nego je postavio usta, ono manje glavno <počelo>. Priroda, naime, budući da u svemu (kako je sam tisuću puta učio) uvijek izvršava najbolje djelo, povezuje ono što je važnije i izvrsnije s važnijim i izvrsnijim, a to je i sam trebao učiniti. Srce je trebao dodijeliti smjeru *gore*, a ne usta ili želudac; jer ova dva uzroka imaju prije značenje onog *bez čega se ne može* nego eficientnog uzroka.

U tom smislu za ruku u čovjeka, za kljun kod ptica, kod ostalih za ono što je na mjestu kljuna, moglo bi se reći da su počelo hranjenja i rasta, jer služe kao oruđa, kao i usta i želudac. No ako je za ljudska usta, uzimajući u obzir ono *gore* rekao da je počelo, jer je u dijelu koji teži prema *gore* cijele sveukupnosti, nije više uzeo u obzir odnos prema hrani i rastu, nego položaj sveukupnosti i samoga *gore*; no ako je to bio uzrok, zašto je uzeo u obzir samo čovjeka, a ne tolike vrste biljaka i životinja koje imaju usta u onom dijelu koji gleda prema *dolje* sveukupnosti. Nije li čvršći onaj nauk koji odgovara prirodi?

Priroda se ne brine za jednu stvar, nego za sve. Dostojnije je nastojanje prirode da se brine za sve, nego za više njih, a kamoli za pojedine. Samo je čovjeku dala usta *gore*, ostalim životinjama, svim biljkama dala je usta *dolje*. Što ćemo bolje reći? Sigurno, ako nikada nijednu stvar nije radila uzalud, ne smije se nijekati da se

animalium reliquorum eam curam habuisse, non dicam maiorem quam hominis at saltem aequam. Et tamen os illis sursum scilicet illorum ad deorsum universi convertit: et tamen et nutrimentum capiunt et crescunt et sursum per consequens habent homini  
5 contrarium. An id non melius illis futurum iudicavit? Cur vero ita? An non potuit aliter facere? An non debuit?

Sed nos quoque Aristotelicam methodum in hac re sequamur. Constituit universo sursum, vulgi opinionem secutus: eamque opinioni praeceptoris Platonis anteposuit. Hanc enim  
10 capite 2. *De elementis*, ut sibi suisque visum est, fregit, vulgi vero opinionem praetulit et induxit scribens ita:<sup>38</sup> *Cum vero sit aliquid in coelo extremum et medium, clarum quod erit sursum et deorsum, sicuti etiam multitudo dicit. Mox subnectit:*<sup>39</sup> *Cum praeterea opinentur et circulo tale et medium similiter habere ad universum, hoc quidem*  
15 *sursum dicent esse, medium vero deorsum.* Vulgi ergo nos quoque sententiam approbemus.

At vulgus in omnibus et naturae et artis operibus id agnoscit sursum, quod est coelum versus erectum. Ergo plantarum sursum non erit in radicibus, sursum animalium ea parte erit,  
20 quae coelum spectat, frontem, capitis summitatem, non os, non ventrem, non cor. Nemo umquam de plebe vir haec dixit sursum esse, non sunt ergo haec sursum Aristotelico argumento ex auctoritate vulgi contra Aristotelicum dogma. Atque ut praeceptoris sui Platonis sententiae vulgi sententiam Aristoteles discipulus  
25 praetulit, ita nos discipuli Aristotelis praeceptoris sententiae vulgi sententiam praeferamus, id in omnibus rebus sursum vocantes, quod vulgus vocat, partem scilicet ad coelum erectam. Idque non contentione, sed eius exemplo, sed veritatis amore. Potiorem enim esse docuit eam philosophandi methodum, qua *communes*  
30 *sententias*, τὰς κοινὰς ἐννοίας sequimur, quam eam, qua unius dogmati adhaeremus. Potissimam vero eam, per quam sententia rerum veritati conformis ac consona sit.

<sup>38</sup> ἐπεὶ δ' ἐστὶ τι τοῦ οὐρανοῦ ἔσχατον καὶ μέσον, δῆλον ὅτι ἔσται καὶ ἄνω καὶ κάτω, ὡσπερ καὶ οἱ πολλοὶ λέγουσι. [ARIST. Cael. 308a.22–24]

<sup>39</sup> ἐπεὶ προσυπολαμβάντες καὶ κύκλῳ τοιοῦτον, καὶ τὸ μέσον ὁμοίως ἔχειν πρὸς ἅπαν, τὸ μὲν ἄνω φήσουσιν εἶναι, τὸ δὲ μέσον κάτω. [ARIST. Cael. 308a.26–29]

brinula za ostale životinje, neću reći više nego za čovjeka, ali bar jednako. A ipak im je usta, tj. za njih *gore*, okrenula prema *dolje* sveukupnosti; ipak uzimaju hranu i rastu i sljedno tome imaju *gore* čovjeku kontrarno. Nije li prosudila da će im to biti bolje? Zašto pak tako? Nije li mogla učiniti drugačije? Nije li trebala? 5

No i mi također u toj stvari slijedimo Aristotelovu metodu. Uspostavio je u sveukupnosti *gore* slijedeći mnijenje puka i njega je suprotstavio mnijenju učitelja Platona. Njega je, naime, pobio, kako se njemu i njegovima činilo, u 1. poglavlju 2. knjige *O elementima*. Dao je prednost mnijenju puka i uveo ga pišući ovako: »Budući da u nebu postoji nešto krajnje i srednje, jasno je da će biti *gore* i *dolje*, kako također mnoštvo govori.« Zatim dodaje: »Budući da osim toga smatraju da je takvo i u krugu i da se sredina slično odnosi prema sveukupnosti, za hemisferu<sup>10</sup> će reći da je zaista *gore*, a sredina pak *dolje*.« Stoga ćemo i mi odobriti mišljenje puka. 10 15

No puk u svim djelima i prirode i vještine priznaje ono *gore* koje je uspravljeno prema nebu; dakle *gore* biljaka neće biti u korijenju, *gore* životinja bit će u onom dijelu koji gleda nebo, čelo, vrh glave, ne usta, ne trbuh, ne srce. Nikada nijedan čovjek iz puka nije rekao da je to *gore*, nije to, dakle, *gore*, na temelju Aristotelova argumenta po autoritetu puka – a protiv Aristotelova nauka. I kao što je Aristotel učenik dao prednost mišljenju puka pred mišljenjem svojeg učitelja Platona, tako ćemo mi učenici dati prednost mišljenju puka pred mišljenjem učitelja Aristotela, nazivajući u svim stvarima *gore* ono što tako puk naziva, tj. dio uspravljen prema nebu. I to ne radi svađe, nego po njegovom primjeru, iz ljubavi prema istini. Učio je da je važnija ona metoda filozofiranja kojom slijedimo zajednička mišljenja – τὰς κοινὰς ἐννοίας, od one kojom pristajemo uz nauk jednoga, a da je najvažnija ona po kojoj je mišljenje u skladu i sukladno istini stvari. 20 25 30

<sup>10</sup> Usp. cijeli citat: ARIST. Cael. 308a.25–29: Τούτου δ' αἴτιον ὅτι νομίζουσιν οὐχ ὅμοιον εἶναι πάντη τὸν οὐρανόν, ἀλλ' ἐν εἶναι μόνον τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς ἡμισφαίριον, ἐπεὶ προσυπολαμβάνοντες καὶ κύκλω τοιοῦτον, καὶ τὸ μέσον ὁμοίως ἔχειν πρὸς ἅπαν, τὸ μὲν ἄνω φήσουσιν εἶναι, τὸ δὲ μέσον κάτω.

Consonum autem est rebusque ipsis conforme, ut rerum omnium sursum ad universi sursum, rerum deorsum ad universi deorsum statuatur. Illud scilicet, quod natura et usu in omnibus summum omne hominum vulgus et senatus vocant. Hoc vero  
 5 deorsum, quod in omnibus imum. Neque enim recta ratione dici posse videtur id sursum summumque esse, quo alia sint superiora, nec<sup>iv</sup> deorsum ac imum, quibus alia subsint. Quo sane recte constituto falsa erunt dogmata illa os, ventrem, cor sursum, anum deorsum in animalibus esse. Falsa quoque in plantis sursum esse  
 10 in radicibus, imum in summitate. At vero si etiam officium libet adiacere ad positionem, id erit sursum, quo in longitudinem crescunt viventia, quod versus coelum est.

Ad 'ante' et 'retro' transeamus. Ante<sup>v</sup> Aristoteles statuit ea parte animalis, qua sensus principium est. Quo de tribus supra  
 15 allatis locis, fuit manifestum. Cum sensus dicit, communi nomine, sensus omnes dicere videtur. Id si ita est, quod ipse retro vocat et retro et ante est [477] et quod ante appellat et ante et retro est. Namque primarius sensus tactus, qui animal omne constituit, etiam in tergo animalibus est, est et sursum in capite  
 20 tactus, est et deorsum in pedibus, est a lateribus utrisque, dextris sinistrisque. Auditus in auribus, hae autem numquam ante locatae sunt, plerisque ad latera. Gustatus in ore omnibus est. At his raiis pastinacis, aliis multis inferna corporis parte est. Nemo tamen de plebe vulgi id ante appellavit aut existimavit. Non est  
 25 ergo verum hoc dogma: ante id est, ubi sensus principium. Si vero quis sensus vere ante constituat, id facere vel odoratum, vel visum necesse est. Sed praestantior visus, praestantiora autem a natura videntur minus praestantibus praelata. Non ergo sensus absolute, sed unus praestantissimus ipsum ante constituit. Quam  
 30 sententiam Aristoteles corrigens melius scripsit eodem libello *De partibus* 7, capite 4:<sup>40</sup> *Sed ad oculos determinatum est ipsum ante*, hoc

<sup>40</sup> ἀλλ' ἐπεὶ [ἐπὶ] τοῖς ὄμμασι διώρισται τὸ πρόσθιον [πρόσθεν]. [IA 712b.17–18]

<sup>iv</sup> Corr. ex ne

<sup>v</sup> Corr. ex an



A sukladno je i u skladu sa samim stvarima da se postavi *gore* svih stvari prema onom *gore* sveukupnosti, a *dolje* stvari prema onom *dolje* sveukupnosti; tj. <gore> ono što po prirodi i običaju sav narod ljudi i senat u svemu zovu najvišim, ono pak dolje što je u svemu najniže. I ne čini se da se može s pravim razlogom reći da je ono *gore* i najviše od čega je drugo više, niti *dolje* i najniže ono ispod čega je drugo. Kada je to ispravno postavljeno, netočni će biti oni poučci da su usta, trbuh, srce *gore*, a da je analni otvor u životinjama *dolje*. Netočno je također da je u biljkama *gore* u korijenju, a ono najniže u najvišem dijelu. Ako se pak mili položaju dodati službu, ono će biti *gore* kamo u duljinu rastu živa bića, ono što je prema nebu.

